

**Theophilou Protospathariou Peri tes tou anthropou kataskeues biblia 5 =  
Theophili Protospatharii De corporis humani fabrica libri V / edidit  
Guilielmus Alexander Greenhill.**

**Contributors**

Theophilus Protospatharios, 7th cent.  
Greenhill, William Alexander, 1814-1894.  
Royal College of Physicians of Edinburgh

**Publication/Creation**

Oxonii : E Typographeo Academico, 1842.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/u6fx6spq>

**Provider**

Royal College of Physicians Edinburgh

**License and attribution**


This material has been provided by This material has been provided by the Royal College of Physicians of Edinburgh. The original may be consulted at the Royal College of Physicians of Edinburgh. where the originals may be consulted.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



627.14

ΘΕΟΡΙΑΣ

ΠΡΩΤΟΒΑΘΜΙΑΣ

ΤΗΣ ΤΗΣ ΤΗΣ ΑΝΤΙΣΤΑΣΗΣ

ΒΙΒΛΙΟ

ΤΕΥΧΟΣ

ΠΡΩΤΟΒΑΘΜΙΑΣ

ΤΗΣ ΤΗΣ ΤΗΣ ΑΝΤΙΣΤΑΣΗΣ

ΒΙΒΛΙΟ

ΤΕΥΧΟΣ

ΠΡΩΤΟΒΑΘΜΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟ



ΘΕΟΦΙΛΟΥ

ΠΡΩΤΟΣΠΑΘΑΡΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣ

BIBLIA E.

---

THEOPHILI

PROTOSPATHARII

DE CORPORIS HUMANI FABRICA

LIBRI V.

---

EDIDIT

GUILIELMUS ALEXANDER GREENHILL, M.D.

---

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXLII.

BIBLIOTH  
COLL. REG.  
MEDICINAE

PROLOGUE

THE HISTORY OF THE

ROYAL SOCIETY OF LONDON

1660-1700

THE HISTORY

OF THE SOCIETY

FROM ITS FOUNDATION

TO 1700

BY

JOHN

STUART, ESQ.

1700

LONDON: PRINTED BY

W. CLAYTON

VIRO HONORATISSIMO

GUILIELMO, COMITI DE DENBIGH,

CETERISQUE

SCHOLAE RUGBAEENSIS CURATORIBUS,

QUORUM AUSPICIIS LITTERIS IMBUTUS EST,

QUORUM MUNIFICENTIA ADJUTUS CURSUM ACADEMICUM CONFECIT,

HOCCE OPUSCULUM,

(VIRI DESIDERATI, PRAECEPTORIS DILECTI,

THOMAE ARNOLD, S. T. P.

CONSILIO SUSCEPTUM,)

GRAECARUM SIMUL ET MEDICARUM LITTERARUM

PRIMITIAS QUALESCUMQUE

GRATISSIMO ANIMO OFFERT

EDITOR.

RECHERCHES SUR  
L'ÉTUDE DE LA  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

PAR M. L. DE  
MÉTAPHYSIQUE

## EDITORIS MONITUM.

DE ipso Theophilo ejusque operibus satis multa in Adnotationibus dicentur : hic loci quid in nova hujus opusculi editione praestare voluerim, quaeque habuerim subsidia, breviter exponam.

In textu corrigendo quatuor usus sum codicibus manuscriptis, tribus Parisiensibus, (quos conferendos curavit Emmanuel Miller, Regiae Bibliothecae in Codd. MSS. parte adjunctus,) unoque Veneto, quem contulit Josephus Cappelletti, Presbyter Venetus, et Mechitariticae Armeniorum S. Lazari Academiae Socius. Quorum quum longe optimus sit Venetus, et plurima quae desiderabantur loca contineat, eum pro basi habui. Libros Galeni Hippocratisque<sup>a</sup> e quibus sua Noster desumpsit contuli, et pleraque emendavi, plura sane emendaturus si ubique Galeni loca invenire potuissem. Nonnulla tamen, quae post textum impressum inveni, in Adnotationibus indicavi; et plura certe adhuc latent. Addidi quoque duo tota capita, (sc. Lib. V. capp. 36, 37.,) quae literatim e Galeno exscripta in suo codice invenit, et vertit Crassus. In corrigendis textus erroribus nihil un-

<sup>a</sup> Hippocratis libros *De Genitura*, et *De Natura Pueri*, etiam cum uno codice Oxoniensi contuli.

quam, nisi monito lectore, novavi; et quaecunque sine codicis manuscripti ope mutavi, uncinis inclusi.<sup>b</sup>

Crassi Versionem Latinam, quippe quae codicum lectiones deperditorum continet, intactam servavi, paucis tantum locis exceptis, ubi ejus lectionem in marginem relegavi. Additamentorum versionem uncinis semper inclusi.

Quod ad Adnotationes attinet, monitum velim me non omnes errores anatomicos et physiologicos corrigere studuisse, (quod quidem plane infinitum esset,) sed id potissimum in animo habuisse ut veterum de his rebus sententias illustrarem, eorumque technologiam explicarem. Locorum ad hoc prolatorum maxima fortasse parte post alios usus sum; quod ne singulis fere paginis profiterer spatium angustum vetuit.

Indicem Rerum in Crassi Editione repertam multo auctiorem dedi. Indicem Verborum, aliena opera confectam, vocum difficiliorum explicatione ipse auxi.

Restat ut in primis humanissimorum Preli nostri Academici Delegatorum beneficium grate commemorem, qui me eodem honore, quo olim Johannem Wigan, M.D., Aretaei celeberrimum editorem, dignati sunt. FRANCISCUM quoque ADAMS, Chirurgum, Pauli Aeginetae interpretem, et *Hermetis Philologici* auctorem, itemque ROBERTUM SCOTT, A.M., Presbyterum,

<sup>b</sup> Haud sum nescius Virum doctissimum F. R. Dietz, olim Professorem Regiomontanum, "Theophili quae supersunt" edendi consilium habuisse, (Praef. ad *Schol. in Hipp. et Gal.* tom. ii. p. ix.) et ad hoc "supellectilem criticam congessisse," (Praef. ad *Gal. De Diss. Musc.* p. x. ;) quae quum scire voluerim qualis et quanta esset, ad Jul. Lud. Ideler, cui "concessum est ut, quae cel. Dietzius . . . . comparavit, jam nunc suos in usus converteret," (Praef. ad *Phys. et Med. Gr. Min.*), litteras ante decem menses conscripsi. Hae autem, quum nullum adhuc responsum tulerim, vereor ut ad eum pervenerint.

et Collegii de Balliolo nuper Socium, non possum tacere; qui summa benevolentia singulas schedas propriis oculis examinerunt, et errores meos anatomicos et grammaticos non paucos correxerunt: quod non propterea moneo, ut eos mendorum quae adhuc fortasse restent reos faciam, sed ut quare non multo plura sint explicem.

“Ante omnia vero,” ut verbis amicissimi viri utar, “ante  
“omnia EI gratias debeo atque ago, QUI mihi tum haec  
“in primis, tum alia quaecunque pro SUA bonitate praestitit  
“adminicula, QUIque per vitam universam imbecillitatem  
“meam SUIS viribus corroboravit, atque adhuc etiam cor-  
“roborat;” CUJUS Bonitatem, Sapientiam, Potentiam in  
corpore humano fabricando si quis ex hoc libello clarius  
perspiciat, haud frustra me tantos operi labores impendisse  
existimabo.

OXONII,

A. D. IV. NON. AUG., MDCCCLII.

*Jun. Paulus Crassus Andreae Cornelio, Patritio Veneto,  
Amplissimo Briariae Episcopo, S. P. D.*

PERVETUS apud quosdam scientiae professores opinio fuit, Andrea Corneli, Sanctissime Episcope, hominum genus brutis animantibus multis cognationis vinculis esse conjunctum, nullaque eas nobilitate anteire; atque id nonnullis infirmis rationibus defendere conati sunt. Ad tantum furoris iidem pervenerunt, ut bruta quoque rationem possidere sibi in animum induxerint, quae licet vocali sermone carerent, quem Graeci προφορικόν, *prophoricon*, nominant, interno saltem, qui fit in anima, et ab eadem gente ἐνδιάθετος, *endiathetos*, dicitur, uti manifesto videantur. Iidem hominum brutorumque animas (quod in extremo dementiae est,) ad unicum speciem redegerunt, et appellatam a Graecis μετεμψύχωσιν, *metempsychosin*, summa contentione tutati sunt. Hanc veterum sententiam plane fatuam longeque a veritate abhorrentem semper judicavi, atque (omissa etiam Christianae doctrinae auctoritate,) multis ac validis physicae scientiae argumentis infirmari. Quantum enim inter homines bestiasque interest, id cuique hominis interiori formam intuenti lucidissime patebit. Ejus vero singularis excellentia, virtus, atque divinitas, ita demum intelligetur, exacteque habebitur, si erit tota humani corporis fabricatio perspecta, omnisque ejus figura, atque perfectio; siquidem providens Natura, omnium parens aequissima, cuique animanti corpus, prout animae dignitas ac vires postulant, elargitur.

Eam ob rem ego a primis adolescentiae temporibus, quam primum rerum naturae studio flagrare coepi, semper animae causarumque in animalis corpore latentium cognitioni necessarium esse duxi mortuorum corpora incidere et eorum viscera atque intestina scrutari, ut oculis nostris subjicerentur quae Natura ante occulisset, positus, color, magnitudo, figura, ordo, mollitudo, durities, laevor, asperitas, processus, recessus, contactusque membrorum. Mos ille autem

vivos incidendi, (ut Herophilus quondam Erasistratusque fecerunt,) quia nimis crudelis videbatur, multis jam saeculis exolevit. Simul igitur haec ipsa speculati fuerimus per eam quae a Graecis sapientibus [*ἀνατομή,*] *anatomye*, a nostris *dissectio* nominatur, haudquaquam amplius dubitabimus, num homo caeteris sensu praeditis animantibus sit longe divinior, quando in corpore, supra quam sint alia, mirabiliter atque ambitiose disposito, anima tot in se motionum principia, tot divinas virtutes possidens contineatur. Id ego (ut ante dixi,) certo sciens, quae docti veteres, quorum libri ad manus meas pervenerunt, de dissectione litteris prodidere, accurate diligenterque perlegi; inter quos hi principes, mea quidem sententia, claruere, Hippocrates, auctor vetustissimus, Aristoteles, Diocles, Erasistratus, Praxagoras, Herophilus, Asclepiades, Eurypho, nonnullique alii. Horum omnium novissimus, Pergami in Asia natus, Galenus, omni litterarum genere cumulatissimus, plura ad hanc rem pertinentia volumina luculentissime conscripsit, totamque de dissectione rationem absolvit, etsi eorum quaedam temporum vitio intercidere. Caeterum cum inter Graecos (quod sciretur,) nemo post Galenum hunc in philosophia locum artificiose tractavisset, superioribus mensibus liber Theophili Protospatharii *De Humani Corporis Apparatu* in manus meas inopinato incidit, idque opera Francisci Frigimelii, praeceptoris mei, viri omnibus bonis artibus ornatissimi, sed praecipui Hippocraticae et Galenicae Medicinae illustratoris. Eum cum attentius curiosiusque legissem, laetatus plane sum, et librum approbavi, dignum enim doctorum virorum lectione arbitratus sum; nam quicquid ferme septemdecim amplissimis voluminibus *De Membrorum Usu* Galenus explicavit, totum id quinque libellis Theophilus comprehendit. Quae sane brevitatis neque manca est, neque obscura, aut injucunda; quem enim Galeni exuberans copia fatigaverit, hunc Theophili dilucida ordinataque brevitatis recreabit. Qua tempestate, sub quo Caesare vixerit, parum inter auctores constat; neque ipse de se quicquam (quod adhuc legerim,) litteris commendavit. Quod Galeno posterior, quod Christianus fuerit, nemo est qui (modo ejus libros evolverit,) ulla ex parte ambigat. Verum quisquis sit, quo velis saeculo natus, homo est plane doctus, et de medicina bene meritus. Quamobrem ejus librum *De Structura Hominis* Graece scrip-

tum, in Latinam orationem quam potui fidelissime converti, ut ejus usum pluribus impartirer, et aliqua exercitatione homine libero digna mentem meam excolerem. Quam eleganter autem, quamve perspicue id praestiterim, alii dijudicent; illud tantum monuero, enixum quidem me ut Latine loquerer, sed, ubi Latina me verba defecerunt, in rebus inusitatis usum verbis interdum non auditis, interdum Graecis, quibus multis jam utimur pro Latinis, plebique medicorum notiora sunt quam nostra. Ergo mirari desinant grammatae, si, quod Graeci faciunt, nobis etiam concedendum petimus, ut nova rerum Latinis novarum nomina “fabricemur,” ut aiebat M. Tullius, [*Acad. Quaest.* iv. 6.] aut ex aliis transferamus: semperque illius Galeni<sup>c</sup> Platonisque<sup>d</sup> dicti mihi veniebat in mentem, *Verba iis esse negligenda, quibus multarum magnarumque rerum contemplatio esset proposita*; laudandamque magis orationem, quae verbis apertioribus (modo ne forent prorsus barbara,) quam quae limatioribus uteretur.

[*Sequuntur plurima de Hippocratis libro “De Purgantibus Medicamentis,” quem simul vertit et edidit Crassus.*]

Haec igitur in praesentia ad te perexigua, non sine pudore ac trepidatione mittimus, Vir Amplissime, mihique summa semper veneratione observande, ut, nactus interdum parum otii, succisivis saltem temporibus legas. Quanto enim humana species brutis sit praestabilior, quanti sit facienda anima tam diligenter, tam curiose extractum domicilium incolens, qua tandem illud sit arte servandum, hae nostrae lucubrationes te docebunt. In posterum tibi in celsissimo (quod Dii velint,) humani generis fastigio posito, ampliora munera nos etiam, quam nunc, ditiores offeremus, sacrificiaque adorantes majora litabimus. Vale!

[Venetiis, MDXXXVI.]

<sup>c</sup> [Ἀλλὰ γὰρ, ὡσπερ ὁ Πλάτων φησὶ, καταφρονεῖν χρὴ τῶν ὀνομάτων οἷς τοσοῦτων τε καὶ τηλικούτων πραγμάτων πρόκειται σκέψις. *De Diff. Febr.* ii. 7. tom. vii. p. 354. Conf. etiam *De Simpl. Medic. Temp. ac Fac.* xi. Prooem. tom. xii. p. 311.; *De Anat. Admin.* vi. 13. tom. ii. p. 581.; *De Meth. Med.* xi. 12. tom. x. p. 772.; *De Usu Part. Corp. Hum.* iv. 13. tom. iii. p. 309.; *De Subfig. Empir.* c. 6. tom. ii. p. 342. ed. Chart.]

<sup>d</sup> [. . . . καὶν διαφυλάξης τὸ μὴ σπουδάξω ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως. *Polit.* p. 261 E.]

*J. A. Fabricius ad Lectorem.*

DIGNAM atque inexhaustam intuentibus, corpus nostrum quotidie offert materiem amandi admirandique Optimi Opificis, et Bonitatem Ejus, Sapientiam ac Potentiam assiduis laudibus praedicandi. Nam et de microcosmo hocce et terrella, quam animus noster incolit, vere affirmaveris, quod de majore mundo pronunciavit acutus scriptor Arabs, quem *Philosophi Αυτοδιδάκτου* nomine<sup>e</sup> clariss. Pocockius<sup>f</sup> vulgavit, illi *esse septuagies millenas facies, et faciei unicuique septuagies millena ora, et unicuique ori septuagies millenas linguas, quibus laudet essentiam unius illius Veri Entis, illamque sanctificet ac celebret indesinenter*<sup>g</sup>. Itaque a tot saeculis, immo a tot jam millenariis annorum in eo occupata est fuitque laudabilis anatomicorum innumerabilium industria, ut opificii hujus compagem et artificium penitus lustratum accuratius explicent, atque oculis et considerationi omnium exponant: et plura adhuc non diffitentur relicta posterorum indaganda studio. Quanquam vero recentis aetatis attentio atque acumen multa non inficianda feliciter observavit, quae priorum oculos et aciem fefellerunt;

<sup>e</sup> [*Philosophus Autodidactus, sive Epistola Abi Jaafar Ebn Tophail de Hai Ebn Yokdhan, Oxon. 1671. 4to. Arab. et Lat.*]

<sup>f</sup> [Non celeberrimus ille Professor Oxoniensis, sed ejus filius natus maximus. Vide Schnurrer, *Biblioth. Arab.* §. 408. p. 470.]

[ولهذه الذات سبعون الف وجه في كل  
وجه سبعون الف فم في كل فم سبعون الف  
لسان يسبح بها ذات الواحد الحق ويقدها  
ويجدها لا يغتر [p. 166.]

tamen et veterum in hoc minime contemnendum est studium, pietas vero imitanda in primis, qua ad laudem Conditoris omnia unice referre laborarunt. Qua in utraque parte princeps Galenus in opere incomparabili *De Usu Partium [Corporis Humani]* diligentis ac sagacis observatoris, et pii hominis partes egregie implevit; professus *hanc sibi videri germanam pietatem, non si bene multas taurorum hecatombas offeras, sed si noscere ipse prius ex DEI operibus studeas, deinde et aliis demonstras, quanta sit Sapientia, qua Potentia, qua Bonitate denique*<sup>h</sup>. Hujus operis Galeniani, prolixioris paullo quam fert stomachus quorundam hominum, cum epitomen haud inscitam composuerit Christianus scriptor Theophilus Protospatharius, eam rarius hactenus obviam reducere in lucem, ac studiosorum etiam eorum, qui medicae arti se non consecraverunt, lectioni commendare volui. Huic si quis alios vetustos scriptores de eodem argumento junxerit, Graecos quidam [S. Basilium, (*De Hom. Struct.*,)] S. Gregorium Nyssenum, [(*De Hom. Opif.*, et *In Verba "Faciamus Hominem,"*)] Nemesium, [(*De Nat. Hom.*,)] S. Chrysostomum, (*Hom. XI. ad Pop. Antioch.*,) Theodoretum, (*De Provid.* iii. iv.,) Meletiumque, [(*De Nat. Hom.*,)] et Latinos Ciceronem, (*De Nat. Deor.* ii. 53 sq.,) Plinium, (*Hist. Nat.* vii.,) [S. Ambrosium, (*De Noë et Arca*, c. 6—9., et *Hexaëm.* vi.,)] et Lactantium, (*De Hom. Opif.*;) nae is tempus non male collocaverit, sed in se ipso propius noscendo amplum gaudendi ac de DEI Bonitate et Majestate exultandi campum habebit. Vale!

[Hamburgi, MDCCXXIV.]

<sup>h</sup> [Καὶ νομίζω τοῦτ' εἶναι τὴν ὄντως εὐσέβειαν, οὐχὶ εἰ ταύρων ἑκατόμβας αὐτοῦ παμπόλλας καταθύσαιμι, καὶ τὰ ἄλλα μυρία μύρα θυμιάσαιμι καὶ κασίας, ἀλλ' εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, οἷος μὲν ἐστὶ τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα. iii. 10. tom. iii. p. 237.]

## ΑΝΔΡΕΟΥ ΜΟΥΣΤΟΞΥΔΟΥ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

### ΣΧΙΝΑ ΣΗΜΕΙΩΣΙΣ.

Ὁ ΘΕΟΦΙΛΟΣ (ἄλλως Φιλόθεος, Φιλάρετος,) Πρωτοσπαθάριος, (κατ' ἄλλους Μοναχός, Ἱατροσοφιστής, καὶ κατὰ τὸ ἡμέτερον χειρόγραφον Ἀρχιατρός,) εἰς τῶν δοκίμων λατρῶν τῆς ζ' ἑκατονταετηρίδος, ἔζη ἐπὶ Ἡρακλείου. Συνέγραψε πολλὰ ἰατρικὰ, ἀπὸ τὰ ὅποια τὸ πλεόν ἀξιόλογον εἶναι τὰ Περὶ Κατασκευῆς Ἀνθρωπίνου Σώματος βιβλία ε'. Εἰς ὅλα του τὰ συγγράμματα ἑρραρίζεται ἀπὸ τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἰατροὺς, καὶ εἰς τοῦτο πρὸ πάντων ἀπὸ τὸν Γαληνόν, τὸν ὁποῖον ἐνίοτε καὶ ἀντιγράφει λέξιν πρὸς λέξιν, χωρὶς ὅμως νὰ παύσῃ τοῦ νὰ ἦναι παρ' αὐτὸν καὶ καθαρώτερος, καὶ συντομώτερος, καὶ ἀκριβέστερος, καὶ πολλάκις εἰς τὴν γνώμην διάφορος. Δὲν πρέπει προσέτι νὰ παραδράμωμεν, ὅτι ἀρκετὰ ἠρρανόσθη καὶ ἀπὸ τὸν Ἱπποκράτην, ὥστε καὶ πολλάκις νὰ εἶναι τὰ Περὶ Κατασκευῆς Ἀνθρωπίνου Σώματος βιβλία κέντρων καθαυτὸ τοῦ μεγάλου διδασκάλου καὶ ἀρχηγοῦ τῆς ἰατρικῆς· τὸ ὁποῖον αὐτὸ, ἂν ἀπὸ ἄλλους δὲν παρατηρήθῃ, ἡμπορεῖ τώρα φανερὰ νὰ παρατηρηθῇ εἰς τὰ ἀποσπάσματα ὅπου ἐκδίδομεν, καὶ εἰς τὰς μαρτυρίας ὅπου προσθέτομεν. Τοῦ συγγράμματος τούτου μόνη τὸ πρῶτον ἢ Λατινικὴ μετάφρασις ἐτυπώθη ἐν Βενετίᾳ 1530,<sup>1</sup> καὶ ἔπειτα ἀλλαχοῦ, Junii Pauli Crassi πόνημα· κατὰ τὸ 1555 Gulielmus Morellius ἔδωκεν εἰς φῶς ἐν Παρισίοις τὸ πρωτότυπον, καὶ διὰ τὴν σπανιότητά του ὁ Φαβρίκιος τὸ κατέταξεν εἰς τὸν ιβ' τόμον, σελ. 785, τῆς Ἑλληνικῆς Βιβλιοθήκης του. Ἄλλ' οἱ ἐκδότηαι σημειοῦνουσιν, ὅτι κατὰ τὸ τέλος τοῦ δ' καὶ ε' βιβλίου ζητοῦνται ἐλλείποντά τινα, τὰ ὅποια ἰδοὺ σήμερον, εὑρεθέντα εἰς χειρόγραφον, (ἐπὶ διφθέρας, τετράπτυχον, γραμμένον μέρος κατὰ τὴν ι', καὶ μέρος τὴν ιγ' καὶ ιε' ἑκατονταετηρίδα, ποτὲ κτήμα τῶν Nani, καὶ τώρα τῆς Μαρκιανῆς, περιέχον καὶ ἀλλὰ ἰατρικὰ συγγράμματα τοῦ

<sup>1</sup> [Immo 1536.]

Θεοφίλου καὶ τοῦ Γαληνοῦ. Ἰδ. *Graeci Codices Manuscripti apud Nanius Patricios Venetos Asservati*, σελ. 437, 438.) δημοσιεύομεν, ὡς χωρία ἀρκετὰ μακρὰ καὶ σπουδῆς ἄξια. Περὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸν Θεόφιλον Ἰδ. Φαβρίκ. Ἑλλ. Βιβλιοθ. βιβλ. 5'. κεφ. ζ'.; Freind, *Hist. de la Med.*; Sprengel, *Storia Pram. della Medic.*, trad. dal Ted. T. III. ὡς ἀνωτέρω· ἐξ ᾧ θέλει πληροφορηθῆ ὁ ἀναγνώστης ὅτι ὁ ἐσχάτως ἐκδότης Μερκουρίου τοῦ Μοναχοῦ τῆς Ἀναγκαιοτάτης Διδασκαλίας Περὶ Σφυγμῶν, ἐν Νεαπόλει, 1812, Salvator Cyrillus, πίπτει εἰς μεγάλην ἀπάτην διαβεβαιῶν ὅτι inter Graecos pulsuum scriptores Theophilus quidam monachus postremus fortasse numerandus est, qui octavo saeculo aut nono dicitur floruisse. [σελ. 29.]

Τὸ χειρόγραφον, τόσον εἰς τὸ γραμματικὸν μέρος, ὅσον καὶ εἰς τὸ ὀρθογραφικὸν, ἔχει ἐνίοτε χρεῖαν διορθώσεως, τὴν ὁποίαν ἐδοκιμάσαμεν νὰ κάμωμεν, χωρὶς νὰ δώσωμεν κάθε φοράν εἶδησιν εἰς τὸν ἀναγνώστην, εἰς λεπτολογίας ἀποφυγὴν καὶ βραχυλογίας χάριν.

[*Plura sequuntur de fragmento antea inedito Theophili libri "De Excrementis."*]

[Venetiis, MDCCCXVII.]

## INDEX CAPITUM.

### LIB. I. DE MANIBUS, ET CRURIBUS.

Lib. Cap.

- I. 1. PROOEMIUM. Dicendorum expositio.
2. De membrorum divisione.
3. De summis manibus. (Cf. Gal. *De Usu Part. Corp. Hum.* i. 2, 5.)
4. De manuum digitis, et unguibus. (id. *ibid.* c. 5—7, 10, 11.)
5. De digitorum ossibus, carnibusque. (id. *ibid.* c. 12, 13.)
6. De digitorum articulis. (id. *ibid.* c. 14.)
- 7, 8, 9. De eorum figura, compagine et motu. (id. *ibid.* c. 14—16.)
10. De internae manus cute, et fascia palmari. (id. *ibid.* ii. 3, 6.)
11. Quare carpus ex tot ossiculis fuerit contextus. (id. *ibid.* c. 8.)
12. De radii ulnaeque cum carpo junctura, deque carpi et metacarpii ossibus et nexu. (id. *ibid.* c. 8, 10, 11.)
- 13, 14. De radii et ulnae situ, forma, et motibus. (id. *ibid.* c. 13, 14.)
15. De eorum cum humero junctura. (id. *ibid.* c. 15, 16.)
16. De musculis humerum ulnamque moventibus. (id. *ibid.* c. 16.)
17. Quare humerus ex osse uno, ulna ex binis constet. (id. *ibid.* c. 17.)
18. Quare homo sit erectae staturae. (id. *ibid.* iii. 2, 3.)
19. De extremi pedis usu et forma. (id. *ibid.* c. 4, 5.)
20. De ejus cum summa manu similitudine. (id. *ibid.* c. 6, 7.)
21. De pedis ossium ordine, situ, ac motu. (id. *ibid.* c. 8.)
22. De tibia, fibula, et patella. (id. *ibid.* c. 15.)
23. De femore. (id. *ibid.* c. 9., et *De Oss.* c. 21.)
24. De quibus in hoc libro dictum sit.

### LIB. II. DE ABDOMINE.

- II. 1. PROOEMIUM. Dictorum et dicendorum expositio.
2. De ventriculi situ. (Cf. Gal. *De Usu Part.* iv. 1.)
3. De oesophagi materia, et functione. (id. *ibid.*)
4. De ventriculi forma, deque omento, diaphragmate, et pyloro. (id. *ibid.* c. 7—9, 11.)
- 5, 6. De ventriculi naturalibus facultatibus, et earum cum uteri viribus comparatio. (id. *ibid.* c. 7.)
7. De intestinorum numero, situ, vi, substantia. (id. *ibid.* c. 17, 18.)
8. De ventriculi et intestinorum tunicis, et substantia. (id. *ibid.* c. 17., et v. 3.)
9. De peritoneo, abdominisque musculis. (id. *ibid.* iv. 9., et v. 14.)
10. Cur instrumenta nutritoria nervo participant. (id. *ibid.* v. 10.)
11. De chymo, deque mesenterio et ejus venis. (id. *ibid.* iv. 2.)
12. De vena portae, et liene, et de sanguinis confectione.

## Lib. Cap.

- II. 13. De jecore, et vena cava. (id. *ibid.* c. 8, 12.)  
 14. De renibus, ureteribus, et vesica. (id. *ibid.* v. 5, 13.)  
 15. De venae cavae cursu, et per corpus distributione.  
 16. Quae res ad nutritionem requirantur.

## LIB. III. DE THORACE.

- III. 1. PROOEMIUM. Dictorum et dicendorum expositio.  
 2. De ordine dicendorum.  
 3. De thoracis limitibus. (Cf. Gal. *De Usu Part.* vi. 2.)  
 4. De thoracis et pulmonis utilitatibus. (id. *ibid.*)  
 5. De cordis, et pulmonis situ. (id. *ibid.* c. 2—4., et vii. 10.)  
 6. De cordis figura, et ventriculis.  
 7. De arteria pulmonali, et aorta.  
 8. De cordis substantia. (id. *ibid.* vi. 8.)  
 9. De cordis valvulis tricuspidibus.  
 10. De cordis auriculis, et pericardio. (id. *ibid.* c. 15, 16.)  
 11. De pulmonis substantia, lobis, vasis, et motu, deque respiratione.  
 (id. *ibid.* vii. 1, 2.)  
 12. De vocis causa quadripartita.  
 13. De aspera arteria, (vulgo *trachea*,) et voce. (id. *ibid.* c. 7, 13.)  
 14. De laryngis cartilaginum numero, et de epiglottide.  
 15. De laryngis cartilaginum figura, et munere. (id. *ibid.* c. 11, 13.)  
 16. De nervis recurrentibus, utpote vocis instrumentis. (id. *ibid.* c. 14.)  
 17. De thoracis distentione, et de costis.  
 18. De costis spuriiis, et cartilagine ensiformi.  
 19. De diaphragmate, peritonaeo, et pleura. (id. *ibid.* c. 21.)  
 20. De mammis. (id. *ibid.* c. 22.)  
 21. De osse hyoide seu lambdali. (id. *ibid.* c. 19.)

## LIB. IV. DE CAPITE.

- IV. 1. PROOEMIUM. Dictorum et dicendorum expositio.  
 2. De collo, et de capitis situ, forma, et magnitudine.  
 3. De capitis ossibus, ac suturis. (Cf. Gal. *De Usu Part.* ix. 17, 18.)  
 4. De excrementis nostri corporis, et suturarum usu.  
 5. De cerebri natura, ejusque membranis. (id. *ibid.* viii. 6, 9., et ix. 3.)  
 6. De membrana pericranio. (id. *ibid.* viii. 9.)  
 7. De plexu choroide, et ejus formatione.  
 8. De cerebri substantia, ac viribus.  
 9. De medulla spinali. (id. *ibid.* xii. 15.)  
 10. De spiritu animali, et cerebri ventriculis.  
 11. De nasi foraminibus, aliisque cerebri ductibus. (id. *ibid.* viii. 6.)  
 12. De primo nervorum pari, et osse ethmoide. (id. *ibid.* c. 6, 7.)  
 13. De aliis nasi partibus, et de ejus formatione.  
 14. De nasi figura, et usu.  
 15. De nervo optico, et de oculi humoribus.

Lib. Cap.

- IV. 16. De oculorum figura, situ, et numero.  
 17. De partibus oculos munientibus. (id. *ibid.* viii. 5., et x. 6.)  
 18. De palpebris, ciliis, et superciliis. (id. *ibid.* x. 7, 9.)  
 19, 20. De oculi nervo, tunicis, et humoribus. (id. *ibid.* c. 3, 6.)  
 21. De oculi coloribus, et unde fiant.  
 22. Quare mobiles sint oculi, et gemini. (id. *ibid.* c. 8.)  
 23. De eorum motibus, musculis, et nervis motoribus. (id. *ibid.*)  
 24, 25. Visus mathematica et optica explicatio. (id. *ibid.* c. 12.)  
 26. De tertio (nobis *quinto*,) nervorum pare.  
 27. De lingua.  
 28. De maxillis.  
 29. De dentibus, et faciei partibus. (id. *ibid.* xi. 8, 14.)  
 30. De auribus, et cute in facie.  
 31. De principibus animae viribus, et earum sede.

## LIB. V. DE SPINA, ET GENITALIBUS.

- V. 1. PROOEMIUM. Dictorum et dicendorum expositio.  
 2. De ossium junctura et motu.  
 3. De medulla spinali. (Cf. Gal. *De Usu Part.* xii. 4.)  
 4. De capitis ad cervicem connexu, motibusque. (id. *ibid.* c. 4, 7.)  
 5. De spinae vertebrae.  
 6. Quare ex tot ossibus spina constet.  
 7. Dubia quaedam circa vertebrae et os sacrum. (id. *ibid.* c. 13.)  
 8. De humeri articulo, et scapulis. (id. *ibid.* xiii. 10.)  
 9. De acromio, et humeri motibus. (id. *ibid.*)  
 10. De claviculis. (id. *ibid.* c. 11.)  
 11. De humeri compagine. (id. *ibid.* c. 12.)  
 12, 13. De femoris compagine. (id. *ibid.* xiv. 13., et *De Oss.* c. 20.)  
 14. De cruris totius musculis.  
 15. De natibus.  
 16. De osse pubis.  
 17. De uteri situ. (id. *ibid.* xiv. 3.)  
 18. De uteri materia, cellis, figura, et ovariis. (id. *ibid.* c. 3, 4.)  
 19, 20. De foetu, et ad foetum pertinentibus. (id. *ibid.* c. 3., et xv. 4, 5.)  
 21. De membri virilis situ. (id. *ibid.* xv. 1.)  
 22. De arrectionis tempore. (id. *ibid.*)  
 23. De membri virilis materia. (id. *ibid.* c. 1, 3.)  
 24. De arrectionis causa, et urethra tam maris quam foeminae. (id. *ibid.* c. 3.)  
 25. De pudendi labiis, et penis praeputio. (id. *ibid.* xiv. 6., et xv. 3.)  
 26. Mulierem non esse viro imperfectiorem. (id. *ibid.* c. 6.)  
 27. De membri virilis motu.  
 28. De testibus, et scroto. (id. *ibid.*)  
 29. De semine, et de vasis ad testes euntibus. (id. *ibid.* c. 6, 7.)  
 30. Quare in dextro mares, in sinistro latere foeminae gignantur.  
 (id. *ibid.* c. 7.)

Lib. Cap.

- V. 31. Quare mas aut foemina generetur. (Cf. Hipp. *De Genit.*)  
 32. De foetus ejusque membranarum formatione. (id. *De Nat. Pueri.*)  
 33. De corporis formatione, et motione. (Cf. Gal. *De U. P.* xv. 6., et Hipp. *De Nat. Pueri.*)  
 34. Alia de foetu, et semine. (Cf. Hipp. *De Genit.*)  
 35. De sterilitate, et gemellis. (id. *ibid.*, et Gal. *De U. P.* xiv. 4.)  
 36. (31.) De causa voluptatis in coitu. (Cf. Gal. *ibid.* c. 9.)  
 (32.) De seminis essentia. (id. *ibid.*)  
 (33.) De seminis generatione. (id. *ibid.* c. 10.)  
 (34.) Quare sanguis, in venis morans, albescat. (id. *ibid.*)  
 (35.) De vasis semen emittentibus. (id. *ibid.*)  
 37. (36.) De epididymide. (id. *ibid.* c. 14.)  
 (37.) De epididymide in foeminis. (id. *ibid.*)  
 38. De mammarum et uteri, lactis et mensium consensu. (id. *ibid.* c. 4, 8.)

## INDEX SUBSIDIORUM.

- A. CODEX Regius Parisiensis 825, chartaceus, formae maximae, saeculo decimo sexto (ut videtur,) exaratus, quo Morellius in Editione sua Graeca usus est. Vide *Catal. Cod. Manuscr. Bibl. Reg.* tom. ii. p. 161.
- Ad. Franc. Adams, de quo vide Editoris Monitum, p. vi.
- B. Codex Regius Parisiensis 2155, chartaceus, formae maximae, exaratus saeculo decimo quarto. Vide *Catal.* p. 455. Horum codicum omnes lectiones dedi, quanquam non valde ab Edit. Morell. discrepantes, et easdem lacunas exhibentes.
- C. Crassi Versio Latina, de qua vide Adnot. p. 275.
- D. Codex Regius Parisiensis 2297, chartaceus, formae quartanae, exaratus saeculo decimo sexto. Vide *Catal.* p. 478. Prorsus nullius pretii, nec nisi erroribus ab Edit. Morell. discrepans, adeo ut selectas tantum lectiones exhibui. Eandem lacunam in libro quarto habens, et mutilus post verba in libro quinto *αι δὲ ἀπρηπίαι*, p. 213. l. 8.

E. Codex Nanianus 246, membraneus, tetrptychus, longe optimus et antiquissimus, scriptus saeculo decimo. Vide *Gr. Cod. Manuscr. ap. Nanios*, p. 437. Hunc pro basi hujus Edit. habui, et ex hoc fragmenta duo longa desumpserunt Mustoxydes et Schinas, de quibus vide Adnot. p. 276. De hoc codice scribit Jos. Cappelletti, "Optimae notae est Codex iste membranaeus, nullam habens rasuram, nullamve characterum ambiguitatem." <sup>k</sup>

F. Fabricii *Bibl. Gr.* tom. xii. Vide Adnot. p. 276.

G. Galeni opus *De Usu Partium Corporis Humani*, e quo plurima litteratim excerpit Theoph. Vide Indicem Capitum.

H. Hippocratis libri *De Genitura*, et *De Natura Pueri*, quorum illud paene totum in Lib. V. inseruit, ex hoc multa desumpsit.

I. Codex Oxoniensis Barocc. 204, bombycinus, formae quadratae, saeculo decimo tertio exeunte haud una manu exaratus, omnia Hippocratis opera continens. Hunc in libris *De Genit.*, et *De Nat. Pueri* ipse contuli; non tamen cum multo fructu, quum non multum ab edit. impressa discreparet.

*marg. Bodl.* indicat correctiones quasdam manu scriptas in margine exemplaris Edit. Morell. in *Bibl. Bodleiana* asservati.

M. Haec litera in iis locis quae in Edit. Morell. exstant, (sc. a pag. 1. usque ad p. 177., et a p. 184. usque ad p. 224.,) eam indicat editionem, (de qua vide Adn. p. 276.;) in iis locis quae in Edit. Morell. desunt, (sc. a p. 177. usque ad p. 183., et a p. 224. usque ad fin.,) designat *Fragm. Mustoxydis* (de quibus vide Adn. p. 276.) ubi ea reperiuntur.

Sc. Rob. Scott, de quo vide Editoris Monitum, p. vi.

<sup>k</sup> Addit idem, "Non abs re erit animadversionem circa Theophili opus addere ex Armeniaca litteratura depromptam. Penes Armenios eadem *De Humani Corporis Structura* exstat elucubratio; haud tamen sub Theophili, sed sub Gregorii Nysseni nomine circumfertur, ab Armenio quodam eruditissimo ejusdem Nysseni discipulo ex Graeco in Armeniacum idioma translata." Annon tamen hoc potius est ipsius Gregorii opus cui titulus *Περὶ Κατασκευῆς Ἀνθρώπου?*

## INDEX EDITIONUM

Secundum quas citantur auctores infra nominati.

---

Alexander Aphrod., Cassius, Joannes Actuar., Theophilus *De Urin.*  
et *De Excrem.*; ed. Ideler, in *Phys. et Med. Gr. Min.*, Berol.  
1841.

Aretaeus, Dioscorides, Galenus, Hippocrates; ed. Kühn., Lips.  
1821—1833.

Joannes Alexandr., Palladius, Stephanus Athen., Theophili *Comm.*  
*in Hipp. "Aph.;"* ed. Dietz, in *Scholia in Hipp. et Gal.*, Regim.  
Pruss. 1834.

Leo, Theophilus *De Puls.*; ed. Ermerins, in *Anecd. Med. Gr.*,  
Lugd. Bat. 1840.

Meletius; ed. Cramer, in *Anecd. Gr.* vol. iii. Oxon. 1836.

# ΘΕΟΦΙΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ

## ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣ

BIBLION A.

Mor. p. 3.

Fabr. p. 785.

Ι <sup>Μορ. π. 3.</sup> **Ο**ΤΙ μὲν πάντα τὰ ζῶα, τετράποδα καὶ ἔρπετὰ, πτηνὰ τε καὶ ἔνυδρα, τῇ νεύσει τοῦ Θεοῦ γέγονε, μαθεῖν ἔστιν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς· “Ἐξα-  
“ γαγέτω” γάρ φησιν, “ ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ  
“ γένος, τετράποδα, καὶ ἔρπετὰ, καὶ θηρία” καὶ πάλιν, 5

PROE-  
MIUM.

Omnia ani-  
malia Dei  
dicto creata  
esse,

---

# THEOPHILI

DE CORPORIS HUMANI FABRICA

LIBER I.

(Junio Paulo Crasso, Patavino, interprete.)

Ι **O**MNIUM animantium genera, quadrupedum, reptilium, volucrum, et aquam colentium, Dei arbitrato esse genita, divina nobis testantur volumina; inquit enim, [*Gen. I. 24.*] “ Pro-  
“ ducat terra animam viventem per singula genera, quadru-  
“ pedes, et reptilia, et feras;” et iterum, [*Gen. I. 20.*] “ Pro-

ι. “Οτι μὲν] “Οτι μὲν οὖν Ε. 5. θηρία] τῆς γῆς κατὰ γένος add. LXX.

PROOE-  
MIUM.Hominem  
autem so-  
lum ipsa  
Dei manu.Hominem  
ex anima  
et corpore  
constare.

“Ἐξαγέτω τὰ ὕδατα ἔρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν κατὰ  
 “ γένος, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ  
 “ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ.” ὅτι δὲ μόνος ὁ ἄνθρωπος  
 χειρὶ Θεοῦ ἐπλάσθη, καὶ τοῦτο μαθεῖν ἐστὶν ἀπὸ τῆς  
 ἀγίας γραφῆς. “Ἐπλασέ” γάρ φησι, “ τὸν ἄνθρω- 5  
 “ πον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς  
 “ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ  
 2 “ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν.” Συνθέτου οὖν τοῦ  
 ἀνθρώπου γεγονότος παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ Θεοῦ  
 ἡμῶν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τῆς μὲν ψυχῆς 10  
 νοερᾶς τε οὔσης, ἀσωμάτου τε καὶ ἀοράτου, τοῦ δὲ  
 σώματος αἰσθητοῦ τε καὶ συνθέτου κατασκευασθέντος·  
 εἴπωμεν περὶ τῆς συνθέσεως αὐτοῦ, πόθεν τε σύγκει-  
 ται, καὶ ἐκ ποίων καὶ πόσων μορίων κατεσκευάσθη,  
 καὶ τίς ἡ ἐνέργεια τῶν αὐτοῦ μορίων, καὶ παρὰ τίνος 786

“ ducant aquae reptilia animarum viventium per singula ge-  
 “ nera, et volatilia volantia super terram per stabilimentum  
 “ caeli :” hominem autem solum manu Dei creatum esse, nos  
 docent sacrae scripturae; aiunt enim, [Gen. II. 7.] “ Hominem  
 “ finxit, glebam terrae capiens, et in faciem ipsius afflavit spiri-  
 2 “ tum vitae, et factus est homo cum anima vivente.” Igitur cum  
 homo a Deo nostri Opifice ex anima et corpore constans factus  
 fuerit, anima quidem intellectuali et incorporea et invisibili, cor-  
 pore autem sensili et composito; de ejus compositione sermonem  
 faciamus, unde componitur, ex quot et qualibus constat partibus,  
 et quanam est ejus partium functio, et unde prodit earum

1. Ἐξαγέτω] ἐξαγαγέτω LXX.

ib. κατὰ γένος] om. LXX.

2. πετεινὰ] πετηνὰ E.

5. ἐπλασεν] ὁ Θεὸς add. LXX.

ib. φησι] Sic E., vul. φησιν.

6. λαβὼν] om. LXX.

11. νοερᾶς τε οὔσης, ἀσωμάτου τε]  
Sic E., vul. νοερᾶς οὔσης καὶ ἀσωμ.12. αἰσθητοῦ τε] Sic E., vul.  
om. τε.ib. κατασκευασθέντος] κατασκευ-  
ασθέντα A.14. ποίων καὶ πόσων] Sic E.,  
vul. πόσων καὶ ποίων.15. τῶν] Hic, ut saepe, pro τῶν  
legitur ταῖς apud Fabr. in Ed.  
1740, errore scilicet typographico,  
quod in Ed. 1724 siglum ꝛ pro ꝛ  
repositum esset.

ib. παρὰ] περὶ B.

Fabr. p. 785, 86.

ἡ κίνησις αὐτῶν, καὶ διὰ ποίας αἰτίας τὰ τοιαῦτα οὕτως γέγονασιν.

PROE-  
MIUM.

- 2 Ἔστιν οὖν τὰ μόρια τοῦ σώματος, τὰ μὲν ψυχικά, τὰ δὲ σωματικά τε καὶ φυσικά. καὶ αὐτῶν τῶν ψυχικῶν, τὰ μὲν κινητικά, τὰ δὲ αἰσθητικά. τῶν 5  
2 δὲ φυσικῶν, τὰ μὲν ζωτικά, τὰ δὲ θρεπτικά. Κεφαλὴ δὲ καὶ χεῖρες, καὶ σκέλη, θώραξ τε καὶ ὀσφύς, μείζονά τε καὶ περιεκτικώτερα πάντων τῶν τοῦ σώματος μορίων γέγονασιν· ἐν αὐτοῖς γὰρ πάντα τὰ μόρια περιέχεται, τὰ τε φυσικά καὶ τὰ ψυχικά, ζωτικά τε καὶ θρε- p.4  
3 πτικά. Πρῶτον οὖν περὶ τῶν περιεκτικῶν μορίων εἴπωμεν, ὅπως πρεπόντως ἐγένετο ἢ τε θέσις καὶ ἡ  
4 διάπλασις αὐτῶν, καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ χρεία. Ἄλλ' ἐπειδὴ καὶ αὐτῶν τῶν περιεκτικῶν μορίων, τὰ μὲν τοῦ ζῆν ἕνεκα γέγονεν (ὡς κεφαλὴ, καὶ θώραξ, καὶ 15 ὀσφύς), τὰ δὲ τοῦ καλῶς ζῆν (ὡς χεῖρες, καὶ πόδες)·

Alia corpo-  
ris membra  
animalia es-  
se, alia na-  
turalia.Quaedam  
membra vi-  
tae causa  
creata esse,  
quaedam  
melioris  
vitae.

motio, et quibus de causis haec singula ad hunc modum instituta sunt.

- 2 Igitur alia corporis membra animalia sive animata sunt, alia corporea et naturalia: rursus ex animalibus, alia moventia, alia  
2 sentientia; naturalium vero, aliqua vitalia, aliqua nutrientia. Caput autem, manus, crura, pectus, lumbi, majora creata sunt et capaciora inter caeteras corporis partes; his enim omnia membra con-  
3 tinentur, naturalia, animata, vitalia et nutrientia. In primis itaque de continentibus partibus habeatur oratio, ut decenter eorum  
4 positus, forma, functio, et usus sese habeant. Caeterum quoniam et ex his membris, nonnulla vitae causa creata sunt (ut caput, pectus, et ilia), nonnulla melioris vitae (ut manus, et

7. δὲ καὶ χεῖρες] om. καὶ E.  
ib. καὶ σκέλη] Sic E., vul. om.  
καὶ.  
ib. θώραξ τε καὶ] Sic E., vul.  
om. τε καὶ.  
ib. μείζονά τε καὶ] Sic E., vul.

om. τε.  
13. ἡ ἐνέργεια] ἡ om. E.  
15. ζῆν] Vulgo ζῆν, et sic in ce-  
teris hujusmodi infinitivis; sed  
vide Elmsl. in Praef. ad Soph.  
Oed. Tyr. p. vii. viii.

PROE-  
MIUM.

Manum ex humero, cubito, et summa manu constare.

Dei sapientiam in manu fabricanda nondum totam inventam.

Nihil esse in nostro corpore ignavum.

Partium usus, ignorantis functionibus, inveniri non posse.

πρῶτον μὲν περὶ τῶν χειρῶν εἴπωμεν, ὅτι δεόντως κα-  
 5 τεσκευάσθησαν. Συνθέτων δὲ καὶ αὐτῶν οὐσῶν ἕκ τε  
 βραχίονος, καὶ πήχεως, καὶ ἄκρων χειρῶν, ἀρξώμεθα  
 τοῦ λόγου ἀπὸ τῆς ἄκρας χειρὸς, ὅτι εἰς τοσοῦτον  
 ἦκει σοφίας ἢ τέχνη τῆς φύσεως, ὡς μήπω πᾶσαν  
 5 αὐτὴν εὐρῆσθαι, τοσοῦτον χρόνον ζητουμένην ὑπὸ  
 6 τηλικούτων ἀνδρῶν. Ἐπεὶ γὰρ οὕτως ἐστὶν ὁ Δημι-  
 ουργὸς ἡμῶν σοφὸς, ὡς μὴ μίαν ἕκαστον τῶν ὑπ'  
 αὐτοῦ γεγονότων ἔχειν χρεῖαν, ἀλλὰ καὶ δύο, καὶ  
 τρεῖς, πολλάκις καὶ πλείους, διὰ τοῦτο ῥᾶστον ἤδη  
 7 τῶν ἀφανεστέρων τοῖς πολλοῖς παραλιπεῖν ἔνια.  
 7 Νόει οὖν μοι, κατὰ τὸ τοῦ ζώου σῶμα μηδὲν ἀργόν,  
 μηδ' ἀκίνητον· ἀλλὰ πάντα παντοίαν ἔμπρακτον  
 ἐνεργεῖαν ἐνεργοῦντα, μετὰ τῆς πρεπούσης κατα-  
 σκευῆς, καὶ θείας αὐτοῖς δυνάμεις τοῦ Δημιουργοῦ  
 15 8 χαρισσαμένου. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐνδέχεται τῶν μορίων  
 ἐξευρίσκειν τὰς χρεῖας, ἀγνοουμένων τῶν ἐνεργειῶν,  
 pedes); prius de manibus sermo sit, apposite videlicet eas esse  
 compositas. Cumque ex humero, cubito, et summis manibus  
 constant, a summa manu nostra ordiatur oratio, tantum videlicet  
 sapientiae atque artis in ea fabricanda naturam ostendisse, ut  
 nondum tota, a tam claris viris tanto tempore vestigata, inveniri  
 6 potuerit. Caeterum quoniam Conditor nostri Deus adeo sapiens  
 est, ut quicquid ab eo creatum est, pluribus usibus, non uni tan-  
 tum, duobusve, aut tribus sit accommodum, propterea jam facil-  
 limum fuerit multos ex his quae obscuriora sunt praetermittere  
 7 quaequam. Tu igitur tecum cogita, in animali corpore nihil esse  
 ignavum, nihil immobile; sed omnia variis modis decenter  
 structa utilem operam praestare, divinas facultates ipsis summo  
 8 Creatore largiente. At quia partium usus, ignoratis functionibus,

1. πρῶτον μὲν] Sic E., vul. πρῶτα.

ib. τῶν χειρῶν] τῶν om. F.

7. Ἐπεὶ γὰρ] Sic E., vul. ἐπεὶ δὲ.

10. διὰ τοῦτο] ἐν τοῦτο E.

13. ἔμπρακτον] ἔμπρακτα D.

14. πρεπούσης] Sic E., vul. προσηκουσης.

16. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐνδέχεται κ.τ.λ.]

Conf. Gal. T. III. p. 274, 5.

17. τῶν ἐνεργ.] ἔτι pr. G.

Fabr. p. 786, 87.

διὰ τοῦτο, ἐκάστου τῆς ἐνεργείας ἀναμνήσαντες, ἐπὶ τὰς χεῖρας εὐθέως μεταβησόμεθα.

3 ΔΙΑ γὰρ τῶν χειρῶν ὁ ἄνθρωπος πολεμίους ἀντιτάσσεται, ὄπλον παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ Θεοῦ δεξάμενος τὰς χεῖρας· δι' αὐτῶν καὶ ἱμάτιον ὑφαίνει, καὶ οἶκον<sup>5</sup> καὶ ναῦν κατασκευάζει, καὶ νόμους γράφει, καὶ βίβλους πρὸς ὑπομνήματα συγγράφεται, καὶ ἄγρια ζῶα ὑποτάττει, τὰ μὲν πρὸς ὑπηρεσίαν, τὰ δὲ τροφῆς ἔνεκεν.

2 Ὡστε ἐπειδὴ ἀντιληπτικὸν ὄργανον ἐδόθη ἡ χεὶρ τῷ ἀνθρώπῳ, παντοίων μὲν σχημάτων, παντοίων δὲ με-<sup>10</sup>γεθῶν, καὶ [ὄσων] πέφυκεν ἀντιλαμβάνεσθαι, ἄμεινον ἦν αὐτῇ (ὡς καὶ γέγονεν) σχισθῆναι πολυειδῶς· εἰς πολλὰ γὰρ σχισθεῖσα, καὶ τοὺς πολὺ μείζονας [ἐαυτῆς] ὄγκους ραδίως περιλαμβάνει, καὶ θηρᾶ τὰ σμι-

inveniri nequeunt, ideo, cujusque functionibus prius explicatis, ad usus illico transibimus.

3 PER manus homo hostibus opponitur, arma a Creatore manus accipiens; per ipsas et vestem textit, et domum et navem construit, et leges scribit, et libros rerum monumenta componit, et feras animantes, alias ad servitia, alias ad escam perdomat.

2 Quare postquam homini manus data est, instrumentum variarum figurarum, variarum magnitudinum apprehensivum, quatenus ad corripendum naturaliter apta est, melius ipsi fuit (quemadmodum et est) multifidam esse; nam in multas scissa partes, multo majores moles facile complectitur, et minutissima corpus-

1. διὰ—ἀναμν.] διὸ ἀεὶ περὶ ἐνεργειῶν μνημονεύοντες G.

ib. ἐκάστου] ἐκάστου τε E.

3. Διὰ γὰρ] Sic E., vul. om. γὰρ.

ib. ὁ ἄνθρ.] Sic D., vul. om. ὁ.

4. Δημ. Θεοῦ] om. Θεοῦ vul., Δημ. καὶ Θεοῦ E. Omisi καὶ hic (suadente Ad.) ut sup. p. 2. l. 9, et inf. p. 6. l. 12.

ib. δεξάμενος τὰς χεῖρας] Sic E., vul. τὰς χεῖρας λαβόν.

9. Ὡστε κ.τ.λ.] Cf. Gal. p. 9, 10.

10. παντοίων—παντοίων] πάντων—πάντων G.

11. καὶ [ὄσων] πέφ.] ὅσα κινεῖν ἄνθρωπος πέφυκεν G., sententiae forma mutata; ὅσον vul.; ὄσων marg. Bodl.

12. γέγονεν] Sic E., vul. γέγονε.

13. [ἐαυτῆς] Sic G., vul. om. In vers. Lat. lege, majores se ipsa moles.

DE  
MANIBUS.  
Summarum  
manuum  
munera.

Summae  
manus  
quare mul-  
tifidae;

DE  
MANIBUS.

κρότατα τῶν σωμάτων ἀκριβῶς. τοῖς μὲν γὰρ μεγά-  
λοῖς σώμασιν ἐπεκτείνεται, τῇ διαστάσει τῶν δακτύ- p.5  
λων αὐτὰ περιλαμβάνουσα· τὰ σμικρότατα δὲ οὐχ  
ὅλη πειράται λαμβάνειν (διαδιδράσκει γὰρ), ἀλλ' ἀρκεῖ  
πρὸς ταῦτα δυοῖν δακτύλοιον [χρηῖσθαι] τοῖς ἄκροις. 788  
3 Ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς τὸ πολυειδῆ σχήματα περι-  
λαμβάνειν καλῶς, ἔσχισται πολυειδῶς· καὶ γὰρ περὶ  
τὸ σφαιροειδὲς σφαιροῦσθαι δύναται, κατὰ κύκλον  
αὐτὸ περιλαμβάνουσα, καὶ τὰ εὐθῆ ἢ κοῖλα ἀσφα-  
4 λῶς περιλαμβάνει. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ τῶν σωμά- 10  
των μείζονα τὸν ὄγκον ἔχει ὡς πρὸς μίαν χεῖρα,  
σύμμαχον ἑκατέρα τὴν ἑτέραν ὁ Δημιουργὸς Θεὸς

quare binae,

cula diligenter assequitur: magna enim corpora digitis distentis  
undique ambiens comprehendit; exigua vero non ipsa tota capere  
conatur (diffugerent enim), sed ad haec capienda sufficiunt duo-  
3 rum digitorum summitates. Pariter et ad multiformes figuras  
hic capiendas, multiplice scissura partita est; nam circa globosum  
aliquod et ipsa in globum curvari potest, ipsum in orbem cin-  
4 gens, recta autem et cava secure amplectitur. Verum quoniam  
pleraque corpora ampliora sunt quam ut manu contineri valeant,  
alteri alteram opem ferre Faber sapientissimus nostri Deus impe-

1. τῶν σωμάτων] om. G.  
ib. μεγ. σώμ.] Sic B.C.E., om.  
μεγ. vul., om. μεγ. σώμ. G.  
3. αὐτὰ] Sic E. G., vul. ταῦτα.  
ib. τὰ σμικρότατα] Sic G., vul.  
τοῖς μικροῖς.  
4. πειράται λαμβ.] Sic E.G., et  
fort. C., vul. πρόσληψιν ἐπιχειρεῖ.  
ib. διαδιδράσκει γὰρ] οὕτως add.  
G., διαδιδράσκοι γὰρ marg. Bodl.  
5. πρὸς ταῦτα] αὐτῇ add. G.  
ib. δακτύλοιον] δακτύλοις E., δακ-  
τύλων G.  
ib. [χρηῖσθαι] Sic G., vul. om.  
6. Ὡσαύτως κ.τ.λ.] Cf. Gal. p. 10.  
ib. Ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς] πρὸς  
δ' αὖ G.  
ib. πρὸς τὸ] πρὸς τῷ E.

7. καὶ γὰρ] ἢ γὰρ E.  
ib. περὶ] ἐπὶ F., typogr. fort.  
errore.  
9. αὐτὸ] αὐτὸ πανταχόθεν G.  
ib. τὰ εὐθῆ ἢ κοῖλα—περιλ.] τοῖς  
εὐθέσιν ἢ κοίλοις—περιβαίνει G.,  
quod mallet, ut τοῦ περιλαμβ. re-  
petitio tolleretur.  
10. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ τῶν κ.τ.λ.]  
Cf. Gal. p. 10.  
11. ἔχει ὡς πρὸς] εἶχεν ἢ κατὰ G.  
12. ἑκατέρα τὴν ἑτέραν] Sic C.G.,  
ἑκατέραν vul., ἑκατέραν τὴν ἑτέραν  
B., ἑκατέρα τὴν ἑστέραν E.  
ib. ὁ δημιουργὸς Θεὸς ἡμῶν] Hic  
et semper fere quam Deo Opt. Max.  
Theophilus, eam Naturae tribuit  
potentiam Galenus.

Fabr. p. 787, 88.

ἡμῶν πεποίηκεν, ὥστε ἀμφοτέρας ἐξ ἐναντίων πε-  
 5 ριλαμβανούσας μηδὲν ἀπολείπεσθαι. Διὰ τοῦτο  
 ὥσπερ καὶ πρὸς ἀλλήλας νενεύκασιν, καὶ πάντη  
 4 πεφύκασιν ἴσαι. Τῇ θέσει δὲ οὐκ ἐπ' εὐθείας πάντας  
 τοὺς δακτύλους συντέθεικεν, ἐχρήν γὰρ τὸν ἕνα τοῖς 5  
 τέτρασιν ἀντιτεταγμένον εἶναι, ὥσπερ καὶ νῦν ἐστίν·  
 οὕτω γὰρ ἔχει θέσεως καὶ κινήσεως ὁ εἷς, ὥστε  
 ἐπιστρεφόμενος μεθ' ἐκάστου τῶν τεσσάρων ἐνεργεῖν,  
 ὡς μηδὲ τὸ σμικρότατον σῶμα διαφεύγειν, οἷον  
 κέγχρον, καὶ τρίχας, καὶ ἀκάνθας, καὶ τὰ ὅμοια. 10  
 2 Διὰ τοῦτο οὖν καὶ μαλακοὶ, καὶ περιφερεῖς, καὶ  
 ὄνυχας ἔχοντες κατεσκευάσθησαν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἀντι-  
 λαμβάνεσθαι ἠδύναντο τῶν σμικρῶν τε καὶ σκληρῶν

DE  
 MANIBUS.  
 et aequales,  
 et in se in-  
 clinatae.

Digiti quare  
 non in recta  
 linea collo-  
 cati ;

quare mol-  
 les, et un-  
 guibus mu-  
 niti.

ravit, quare utraque ex adverso cingente, nihil non teneri potest.  
 5 Eam ob causam in se vicissim vergunt, et aequum magnitudinis  
 4 modum prorsus sortitae sunt. Positu autem non omnes digitos  
 secundum rectum collocatos habent, siquidem unum reliquis  
 quatuor oppositum esse oportebat, quemadmodum et nunc collo-  
 catus est ; sic enim ex digitis unus positus est atque movetur, ut  
 ad singulum aliorum quatuor curvatus operam praestet, ut neque  
 vel minimum quicquam possit evadere, ut milium, pili, spinae, et  
 2 id genus alia. Atque ideo molles, teretes, et unguibus prae-  
 muniti creati sunt ; neque enim exigua corpora et dura arripere

1. πεποίηκεν] ἐποίησεν G.  
 ib. ἐξ ἐναντ.] ἐξ ἐναντ. μερῶν G.  
 ib. περιλαμβανούσας] Sic E.G.,  
 vul. παραλαμβανούσης.  
 ib. περιλαμβανούσας] αὐτὰ add. G.  
 2. μηδὲν ἀπολείπεσθαι] μηδὲν ἀ-  
 πολείπεσθαι μίᾳς μεγίστης G.  
 ib. Διὰ τοῦτο κ.τ.λ.] Cf. Gal. p. 11.  
 ib. Διὰ τοῦτο ὥσπερ] διὰ τοῦτο  
 τοίνυν ὥσπερ vul., ταύτη ἄρα G.  
 4. Τῇ θέσει κ.τ.λ.] Cf. Gal. p. 12.  
 ib. ἐπ' εὐθείας] ἐπὶ μίᾳς εὐθείας G.  
 5. συντέθεικεν] συντέθηκεν B.  
 6. τέτρασιν] Sic E., et sic inf.  
 p. 27. l. 5, 14 ; vul. τέσσαρσιν.

De forma τέτρασι vide Lobeck ad  
 Phryn. p. 409. n.

7. θέσεως καὶ] θέσεώς τε καὶ G.  
 ib. ὁ εἷς ὥστε] ὁ εἷς οὗτος ὥστ' G.  
 8. ἐπιστρεφόμενος] ἐπιστρεφόμε-  
 βραχείας παντελῶς ἐπιστροφὰς G.  
 ib. μεθ' ἐκάστου τῶν τεσσάρων]  
 ἀντιτεταγμένου add. G.  
 11. Διὰ τοῦτο κ.τ.λ.] Cf. Gal. p. 13.  
 12. ὄνυχας] ὀνύχων G.  
 ib. ἔχοντες] ἔχειν E.  
 ib. οὐδὲ γὰρ ἂν] ἂν om. E.  
 ib. ἀντιλαμβάνεσθαι] λαβέσθαι G.  
 13. ἠδύναντο] Hic E., post σω-  
 μάτων vul., ἦν ποτε δυνατὸν G.

DE  
MANIBUS.

σωμάτων, εἰ σαρκῶδες μόνον αὐτῶν τὸ πέρασ ἦν.  
 ἔδρας τοιγαροῦν ἐδέοντο πρὸς τὸ μὴ ἀνατρέπεσθαι,  
 3 τοῦτο δ' ἐστὶν ὄνυχες. Πάλιν δὲ οὐδὲ ὄνυξι μόνοις  
 οἷόν τε λαβεῖν τῶν τοιούτων οὐδέν· σκληροὶ γὰρ 789  
 ὄντες, ἀπὸ τῶν σκληρῶν ὁμοῦ ὀλισθαίνουσιν. 5  
 4 Ταῦτ' ἄρα, τῆς μὲν σαρκοειδοῦς οὐσίας ἐν ταῖς τῶν  
 δακτύλων κορυφαῖς τὸ τῶν ὀνύχων ὀλισθηρὸν ἐπα-  
 νορθουμένης, τῶν δὲ ὀνύχων τὸ τῆς σαρκὸς εὐανά-  
 τρεπτον στηριζόντων, ὄργανον ἀντιληπτικὸν ἀπάντων,  
 τῶν σκληρῶν ἅμα καὶ σμικρῶν σωμάτων, ὁ δάκτυλος 10  
 5 τοιοῦτος ἐγένετο. Πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι χρεῖαι τῶν  
 6 ὀνύχων. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ μὲν ἔργον τῆς χειρὸς ἢ ἀν-

valerent, si eorum extremitas carnea tantum foret: munimento  
 igitur quopiam, unguibus videlicet, ne repellerentur, indiguerunt.  
 3 Iterum solis unguibus quicquam hujusmodi apprehendi nequiret;  
 4 durae enim cum sint, a duris dilaberentur. Quamobrem, carnea  
 materia in summis digitis unguium lubricitatem moderante, contra  
 unguibus carnis ad resistendum imbecillitatem confirmantibus,  
 digitus ad omnia, tam dura quam parva, instrumentum tenacissi-  
 5 mum effectus est. Sunt autem et multa alia ex unguibus emolu-  
 6 menta. Itaque cum manus officium sit apprehensio, in confesso

2. πρὸς τὸ μὴ ἀνατρέπ.] om.  
 πρὸς τὸ E.

3. ὄνυχες] An οἱ ὄνυχες legen-  
 dum, ut infra §. 6. οἱ μύες?

ib. Πάλιν δὲ κ.τ.λ.] Cf. Gal. p. 14.

ib. οὐδὲ ὄνυξι μόνοις οἷόν τε]  
 οὐδὲ ὄνυξι μόνοις οὐχ οἷόνται E.,  
 αὐτοῖς τοῖς ὄνυξι μόνοις οὐχ οἷόν τε  
 G., ὄνυξι μόνοις οὐχ οἷόν τε vul.

4. τῶν τοιούτων οὐδέν] οὐδὲν τῶν  
 τοιούτων G.

5. ὁμοῦ] ἐτοίμως G., quod mal-  
 lem, utpote verbum Galeno usita-  
 tissimum.

ib. ὀλισθαίνουσιν] Sic E., vul.  
 ὀλισθαίνουσι.

6. Ταῦτ' ἄρα τῆς μὲν κ.τ.λ.] Cf.  
 Gal. p. 14, 15.

ib. Ταῦτ' ἄρα] Sic E.G., vul. διὰ  
 ταῦτ' ἄρα.

ib. σαρκοειδοῦς οὐσίας ἐν ταῖς τῶν  
 δακτύλων κορυφαῖς] σαρκ. ἐν ταῖς  
 κορ. τῶν δακτ. οὐσ. G.

10. τῶν] Sic E. G., vul. τῶν τε.

ib. σκληρῶν ἅμα καὶ σμικρῶν]  
 σμικρῶν ἅμα καὶ σκληρῶν G.

ib. δάκτυλος τοιοῦτος] Sic E.,  
 om. vul. τοιοῦτος.

11. ἐγένετο] Sic E.G., vul. γέ-  
 γονε.

12. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ κ.τ.λ.] Cf.  
 Gal. p. 27, 28.

ib. τὸ μὲν ἔργον] Sic E.G., vul.  
 om. μὲν.

ib. ἢ ἀντίληψις] om. ἢ E.

Fabr. p. 788, 89.

τίληψις, δῆλον ὡς τὸ πρῶτον αὐτῇ τῆς ἐνεργείας  
 μόριόν ἐστι τὸ κινουῦν αὐτήν, τοῦτο δέ ἐστιν οἱ μῦες·  
 τὰ δ' ἄλλα πάντα, τὰ μὲν ἕνεκα τοῦ βέλτιον γενέσθαι  
 τὰς ἐνεργείας, τὰ δὲ ὧν οὐκ ἄνευ γενέσθαι δυνατὸν, p.6  
 7 τὰ δὲ ὑπὲρ τῆς φυλακῆς πάντων ἐδημιουργήθη. Τὸ 5  
 μὲν δὴ γένος τῶν ὀνύχων τοῦ βελτίονος ἕνεκα ἐγένε-  
 νετο, ἵνα τὰς κορυφὰς τῶν δακτύλων στηρίζῃ· διὰ  
 τοῦτο καὶ σκληροὶ συμμέτρως γεγόνασιν, ὅτι οὐκ  
 ἀμυντήρια ὄπλα παρὰ Θεοῦ τῷ ἀνθρώπῳ δεδώ-  
 ρηται, καθάπερ τοῖς ἀλόγοις ζώοις· ἡμερον γὰρ τὸ 10  
 ζῶον καὶ λογικόν. Διατί δὲ περιφερεῖς εἰσι παν-  
 ταχόθεν; ὅτι καὶ τὸ κυκλωτερές σχῆμα δυσπαθέστε-

DE  
MANIBUS.Ungues  
quare medi-  
ocriter duri;quare ro-  
tundi;

est primum functionis illius membrum esse primum illam movens,  
 hoc autem est, ipsi musculi; caetera vero omnia, alia ut melius  
 functiones fiant creata sunt, alia eorum rationem habent, sine  
 quibus functiones obire nequeunt, alia vero omnium praecipui  
 7 causa sunt fabrefacta. Sane genus unguium ob melius genitum  
 est, ut digitorum extrema roboraret; idcirco enim et mediocriter  
 duri sunt, quoniam ultricibus armis humanum genus a Deo non  
 fuit condonatum, quemadmodum brutae animantes; mite namque  
 8 animal homo est et ratione utens. At quare undique rotundi  
 sunt? an quoniam rotunda figura inter omnes angulares minime

1. αὐτῇ τῆς ἐνεργείας] Sic G.,  
 αὐτῆς τῆς ἐνεργείας E., τῆς ἐνεργείας αὐτῆς vul.

2. ἐστι] om. E., ἔσται G.

ib. τὸ κινουῦν αὐτήν] πρῶτον ad.  
 vul., δι' οὐπερ ἂν εὐρεθῆ κινουμέ-  
 νη G. In vers. Lat. lege, *primam*  
*ipsi functionis partem eam esse*  
*quae ipsam movet.*

3. ἕνεκα τοῦ βέλτιον γενέσθαι τὰς  
 ἐνεργείας] ἕνεκεν τοῦ βελτιόνως γί-  
 νεσθαι τὴν ἐνεργείαν G.

4. τὰ δὲ ὧν] Sic G., vul. τὰ δὲ  
 τῶν ὧν.

ib. δυνατὸν] δυνατὸν ἦν αὐτήν G.

5. φυλακῆς] Sic E.G., vul. κε-  
 φαλῆς. In vers. Lat. lege *omnium*

*pro custodia.*

ib. πάντων] ἀπάντων τουτῶν G.

ib. ἐδημιουργήθη] ἐδημιουργήθη B.

ib. Τὸ μὲν κ.τ.λ.] Cf. Gal. p. 28, 31.

6. ἕνεκα] ἕνεκεν G.

ib. ἐγένετο] ἐφαίνετο γεγονέναι G.

7. ἵνα τὰς κορυφὰς—στηρίζῃ] ἢ  
 ταῖς κορυφαῖς—στηρίζει E.

ib. διὰ τοῦτο] Sic E., add. γὰρ vul.

9. δεδώρηται] δεδώρηται A.B.

11. λογικόν] πολιτικόν G.

ib. Διατί κ.τ.λ.] Cf. Gal. p. 31.

ib. πανταχόθεν] Sic E.G., vul.  
 πάντοθεν.

12. ὅτι] ἢ ὅτι C. ut inf. p. 14. l. 8.

ib. τὸ κυκλωτερές] Sic B., τὸ κυ-  
 κλωφερές E., om. τὸ vul.

DE  
MANIBUS.  
quare in  
longitudi-  
nem tan-  
tum auges-  
centes.

Digitorum  
ossa quare  
facta ;

ρόν ἐστὶ τῶν τὰς γωνίας ἐχόντων σχημάτων, εὐ-  
9 θραυστα γὰρ τὰ τοιαῦτα. Αὐξάνονται δὲ οὐκ εἰς  
πλάτος καὶ βάθος, ἀλλὰ μόνον εἰς μῆκος ταῖς θριξὶ  
παραπλησίως, ὑπὲρ τοῦ τοῖς ἀποτριβομένοις ἐκά-  
182. 2. [ἀνάτης] Vocales *ι* et *η*, quae idem fere sonabant, saepissime confundi notat Ermerins, *Anecd. Med. Gr.* p. 218. Occurrit *ι* pro *η* p. 12. l. 6 : 101. 10 : 175. 2 : 181. 14 : 185. 11 : 272. 3, 7, et alibi ; contra *η* pro *ι* 9. 5 : 13. 8 : 24. 2 : 85. 5 : 105. 5 : 181. 4, et saepe alibi.

182. 4. [καθ' ἐκότερον οὖς] Ut certior haec conject. reddatur, cf. sup. p. 131. l. 8.

182. 7. [εὐθύς] Vocales *η* et *υ* quoque, quarum pronuntiatio parum aut nihil discrepabat, non raro confunduntur. Occurrit *η* pro *υ* p. 93. l. 3 : 156. 7 ; contra *υ* pro *η* 62. 11 : 156. 7 (sc. *κηρύβια* pro *κυρήβια*) : 218. 8, 11 : 222. 10.

182. 11. [τόνων] Melius fort., quoad ad sensum, *ψόφων* : quamquam illud facilius in *ψόνων* corrumpi poterat. De literis *τ* et *ψ* confusis consule Porsonum ad Eur. *Med.* v. 553.

183. 1, 5. κόγχος, . . . πτερύγιον,] De auris partium nominibus vide Poll. *Onom.* ii. 4. § 85 sq.

183. 8. Ἐτριχωμένος] Lege [Τετριχωμένος], ut sup. p. 180. l. 5.

183. 10. τῆς πέμπτης συζυγίας] Nobis portio mollis paris *septimi*, sive nerv. *Auditorius*.

183. 12. ὃ καλεῖται μέτωπον] Cf. Ruf. Eph. p. 47. ; Gal. *Introd.* c. 10. tom. xiv. p. 700. ; Arist. *Hist. An.* i. 8. ; Poll. *Onom.* ii. 4. § 39, 46.

184. 2. στολίδας] Cf. Poll. *Onom.* ii. 4. § 46.

184. 9. Ἐν μὲν οὖν κ. τ. λ.] Cf. Nemes. *De Nat. Hom.* c. 13. p. 93.

184. 4, 6. φανταστικόν,—φαντασίας] Haec duo, itemque *φανταστόν*, et *φάντασμα*, quomodo inter se differre aiebat Chrysippus vide ap. Gal. *De Philos. Hist.* c. 24. tom. xix. p. 305. ; Plut. *De Phys. Philos. Decr.* iv. 12.

184. 16. ὁ Ὀμηρος] Vide *Il.* i. 646. ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλω, cuiusmodi plurimos versus congressit Gal. *De Hipp. et Plat. Decr.* iii. 2. tom. v. p. 296 sq.

184. 17. ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς] De Animae sede alii aliter apud veteres (ut et apud recentiores,) statuerunt, adeo ut opiniones varias enumerare longum foret. Vide tamen (inter alios,) Plut. *De Phys. Philos. Decr.* iv. 5. ; Gal. *De Philos. Hist.* c. 28., *Defin. Med.* c. 113. tom. xix. p. 315, 378., *Comm. in Hipp.* "De Alim." iii. 24.

tom. xv. p. 360., *De Hipp. et Plat. Decr.* iii. 1 sq. tom. v. p. 288 sq., (ubi loca ex Homero aliisque laudat,) *De U. P.* i. 8. tom. iii. p. 20, 21.; Lact. *De Opif. Dei*, c. 16.; S. Greg. Nyss. *De Hom. Opif.* c. 12. tom. i. p. 67.

185. 3. οὐκ ἔχω εἰπεῖν] “Dices Animam corde et sanguine affici “ac cupere, cerebro percipere ac speculari,” (Fabric. ad loc. ;) sic fere Pythag. ap. Plut. *De Phys. Philos. Decr.* iv. 5. τὸ μὲν ζωτικὸν περὶ τὴν καρδίαν, τὸ δὲ λογικὸν καὶ νοερὸν περὶ τὴν κεφαλὴν.

185. 6. Διὰ τοῦτο κ. τ. λ.] Cf. Gal. *De Foet. Form.* c. 4. tom. iv. p. 677, 678.

185. 7. ἐπιθέματα] τῶν δὲ [μαλαγμάτων] τοῖς μέσοις (i. e. mediis corporis partibus,) ἀρμοζόντων, ἃ δὴ καὶ ἰδίως ἐπιθέματα προσαγορεύεται, κ. τ. λ. (Paul. Aegin. vii. 18. p. 131. B. l. 52.) “Eorum quae exterius admoventur . . . . alia appellantur ἐπιθέματα, quae nequam quam proprio lentore, sed externis fasciis constricta adhaerent.” (Joan. Act. *De Meth. Med.* v. 1. p. 249.)

185. 8. πυρίας] Voces πυρία et πυρίαμα, quae fomentum vel fomentationem significant, non raro occurrunt. Vide Orib. *Coll. Med.* ix. 21.; Aet. i. 175. p. 64. B.

185. 9. μώρωσις] αὕτη δὲ ἐστὶ χωρὶς παραφροσύνης σύμπτωμα, τοῖς φύσει μωροῖς ὁμοίως ἀποφαῖνον τοὺς νοσοῦντας, ὁποῖους καὶ τῶν λεγομένων ἀπογηρᾶν ἐνίους ἴσμεν γιγνομένους. (Gal. *Comm. in Hipp.* “*Praedict. I.*” ii. 94. tom. xvi. p. 696.) Cf. id. *De Sympt. Diff.* c. 3. tom. vii. p. 60.; Aët. vi. 23. p. 106.; Paul. Aegin. iii. 11. p. 29.

185. 9. μελαγχολία] μελαγχ. ἐστὶν ὅταν ἄνευ πυρετοῦ παραφρονῶσιν καὶ ληρῶσι καὶ εὔχωνται ἀποθανεῖν. (Leo, *Consp. Med.* ii. 13. p. 119.) Cf. Joan. Act. *De Meth. Med.* i. 16. p. 155.; Aret. *De Sign. Diut. Morb.* i. 5. p. 74.; Paul. Aegin. iii. 14. p. 30.; Gal. *Comm. in Hipp.* “*Praedict. I.*” i. 14. tom. xvi. p. 545.; id. *Defin. Med.* c. 247. tom. xix. p. 416.; id. *De Loc. Aff.* iii. 7. tom. viii. p. 166.; Aët. vi. 9. p. 102. B.; Theoph. Nonn. *De Cur. Morb.* c. 33.; Alex. Trall. i. 16. p. 99.

185. 10. μανία] μανία ἐστὶ σφοδροτάτη παραφροσύνη ὅταν καὶ ἐπέρχωνται. (Leo, *ibid.* c. 14. p. 121.) Cf. Joan. Act. *De Meth. Med.* i. 16. p. 155.; Aret. *De Sign. Diut. Morb.* i. 6. p. 78.; Paul. Aegin. iii. 14. p. 30.; Gal. *Defin. Med.* c. 246. tom. xix. p. 416.; id. *De Sympt. Caus.* ii. 7. tom. vii. p. 202.; id. *Comm. in Hipp.* “*Epid. I.*” ii. 59; “*Epid. III.*” iii. 45. tom. xvii. p. i. p. 159, 699.; id. *De Loc. Aff.* iii. 7. tom. viii. p. 166.; Theoph. Nonn. *Epit. de Cur. Morb.* c. 32.; Aët. vi. 8. p. 101. B.

185. 10. ἐπιληψία] ἐπιλ. ἐστὶν . . . ὅταν πεσὼν τις ἐξαίφνης σπᾶται καὶ ἀφρίζῃ. (Leo, *ibid.* c. 6. p. 115.) Cf. Aret. *De Sign. Diut. Morb.* i. 4. p. 72.; Alex. Trall. i. 15. p. 62.; Paul. Aegin. iii. 13. p. 29. B.;

Gal. *De Sympt. Diff.* c. 3., *De Sympt. Caus.* i. 8. tom. vii. p. 59, 144.; id. *De Loc. Aff.* iii. 9. tom. viii. p. 173.; id. *Defin. Med.* c. 240. tom. xix. p. 414.; id. *Comm. in Hipp.* "Aph." ii. 45. tom. xvii. p. ii. p. 548.; id. *Comm. in Hipp.* "Epid. VI." vi. 7. tom. xvii. p. ii. p. 341.; Theoph. Nonn. *Epit. de Cur. Morb.* c. 36.; Aët. vi. 13. p. 104. B.

185. 10. κάρος] ὁ δὲ κάρος . . . ἔοικε τῇ ἀποπληξία· διαφέρει δὲ ὅτι ἡ μὲν ἀποπληξία ἐν τῇ ὀπισθία κοιλία τοῦ ἐγκεφάλου μᾶλλον ἔχει τὴν ἔμφραξιν, ὁ δὲ κάρος ἐν τῇ ἐμπροσθία· τοῦ δὲ ληθάργου διαφέρει τῶ τὸν πυρετὸν προηγέσθαι μὲν τοῦ κάρου καὶ σφοδρότερον εἶναι, ἔπεσθαι δὲ τῶ ληθάργῳ. (Leo, *ibid.* c. 7. p. 115.) Cf. Gal. *De Loc. Aff.* iv. 3. tom. viii. p. 231.; id. *De Sympt. Diff.* c. 3. tom. vii. p. 60.; id. *Comm. in Hipp.* "Praedict. I." ii. 63. tom. xvi. p. 646.; id. *Comm. in Hipp.* "De Artic." ii. 18. tom. xviii. p. i. p. 447.; id. *Comm. in Hipp.* "Aph." v. 5. tom. xvii. p. ii. p. 788.; Aët. vi. 5. p. 101.; Theoph. Nonn. *Epit. de Cur. Morb.* c. 28.

185. 10. φρενίτις] φρεν. ἐστὶ φλεγμονὴ τῆς μήνιγγος μετὰ πυρετοῦ. (Leo, *ibid.* c. 11. p. 119.) Cf. Gal. *De Caus. Sympt.* ii. 7. tom. vii. p. 202.; id. *Introd.* c. 13. tom. xiv. p. 732.; id. *Comm. in Hipp.* "Praedict. I." i. 1, 4. tom. xvi. p. 493, 517, 18.; id. *Defin. Med.* c. 234. tom. xix. p. 412.; Paul. Aegin. iii. 6. p. 27. B.; Alex. Trall. i. 13. p. 43.; Cels. ii. 1: iii. 18. p. 43, 136.; Theoph. Nonn. *Epit. de Cur. Morb.* c. 25.; Aët. vi. 2. p. 100.

185. 11. κατοχή] κατοχή, sive κατοχός, idem erat ac κατάληψις, (cf. Gal. *De Loc. Aff.* iv. 3., *De Puls.* c. 12. tom. viii. p. 232, 485.; id. *De Caus. Puls.* iv. 16. tom. ix. p. 189.; Paul. Aegin. iii. 10. p. 29. l. 7.,) et significabat ἀναισθησίαν τῆς ψυχῆς μετὰ πῆξεως τοῦ παντὸς σώματος. (Gal. *Defin. Med.* c. 241. tom. xix. p. 414.) Cf. id. *Comm. in Hipp.* "Praedict. I." iii. 163. tom. xvi. p. 827, 828.; id. *De Meth. Med.* xiii. 21. tom. x. p. 931.; id. *Comm. in Hipp.* "Aph." ii. 3. tom. xvii. p. ii. p. 457.; id. *Comm. in Hipp.* "Epid. III." ii. 8. tom. xvii. p. i. p. 640.; Leo, *ibid.* ii. 9. p. 117.; Aët. vi. 4. p. 101.; Theoph. Nonn. *Epit. de Cur. Morb.* c. 30.

185. 11. λήθαργος] ὁ δὲ λήθαργος ἐναντίον πάθος ἐστὶ τῇ φρενίτιδι· καταφορὰ γὰρ ἐστὶ βαθεῖα καὶ δυσανάκλιτος. (Gal. *Introd.* c. 13. tom. xiv. p. 741.) Cf. id. *Defin. Med.* c. 235. tom. xix. p. 413.; id. *De Praes. ex Puls.* iv. 8. tom. ix. p. 409.; id. *De Meth. Med.* xiii. 21. tom. x. p. 931.; id. *Comm. in Hipp.* "Aph." ii. 3. tom. xvii. p. ii. p. 457.; id. *Comm. in Hipp.* "Praedict. I." i. 1. tom. xvi. p. 496, 97.; Alex. Trall. i. 14. p. 56.; Paul. Aegin. iii. 9. p. 28. B.; Aët. vi. 3. p. 100. B.; Cels. iii. 20. p. 146.; Leo, *ibid.* i. 13. p. 101.; Theoph. Nonn. *Epit. de Cur. Morb.* c. 27.

185. 11. παραφροσύνη] παραφρ. ἐστὶν ἐπειδὴν ἀλλόκοτα φθέγγονται καὶ μὴ φρονῶσι. (Leo, *ibid.* ii. 12. p. 119.) Cf. Gal. *De Sympt. Diff.* c. 3. tom. vii. p. 60.; id. *Comm. in Hipp.* "De Acut. Morb. Victu," iii. 37. tom. xv. p. 701.; id. *Comm. in Hipp.* "Aph." vi. 53. tom. xviii. p. i. p. 90.; Paul. Aegin. iii. 6. p. 27. B. l. 49.; Alex. Trall. i. 13. p. 43, 45. Idem fere videtur significare ac λήρος aut λήρησις.

185. 12. ἐπιλησμοσύνη] Vox rara, quae tamen occurrit ap. Gal. *Ars Med.* c. 6, 21. tom. i. p. 322, 361.; Alex. Trall. i. 13. p. 44. Exponit Gal. *De Loc. Aff.* iii. 5. tom. viii. p. 149. λήθης, ἢ μνήμησ ἀπωλείας ἢ βλάβησ, ἢ ὅπως ἂν τις ὀνομάζειν ἐθέλη τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ (sc. *Archigenis*), πάθος, ἢ εἰ μὴ πάθος, ἀλλὰ νόσον, ἢ σύμπτωμα, ἢ ἀρρώστημα.

185. 12. ἀποπληξία] ἀποπλ. ἐστὶν ... ὅταν ἐξαίφνης τις πεσὼν ἀναίσθητος καὶ ἀκίνητος κινῆται [fort. γίνηται,] ἐπὶ ἐμφράξει τῶν κοιλιῶν τοῦ ἐγκεφάλου. (Leo, *ibid.* c. 5. p. 113.) Cf. Gal. *De Meth. Med.* xiii. 21. tom. x. p. 931.; id. *Defin. Med.* c. 244, 45. tom. xix. p. 415.; id. *De Sympt. Diff.* c. 3., *De Sympt. Caus.* i. 8. tom. vii. p. 59, 144.; id. *De Loc. Aff.* iii. 14: iv. 3. tom. viii. p. 208, 231.; id. *Comm. in Hipp.* "Aph." ii. 42, 45. tom. xvii. p. ii. p. 541, 548.; id. *Comm. in Hipp.* "Epid. II." iii. 9. tom. xvii. p. i. p. 332.; id. *Introd.* c. 13. tom. xiv. p. 737.; id. *De Cur. Rat. per Ven. Sect.* c. 5. tom. xi. p. 265.; Aret. *De Sign. Diut. Morb.* i. 7. p. 84.; Paul. Aegin. iii. 18. p. 31.; Cels. iii. 27. § 1. p. 164.; Aët. vi. 27. p. 108.

185. 12. παραπληξία] Διαφέρει δὲ ἀποπληξία παραπληξίας [vel -γίας,] ὡς ὅλον μέρος· οἱ μὲν γὰρ ἀποπληκτικοὶ πάντως εἰσὶ καὶ παραπληκτικοὶ, οἱ δὲ παραπληκτικοὶ οὐ πάντως καὶ ἀποπληκτικοί. διαφέρει καὶ ὅτι οἱ μὲν ὑγιαίνοντες τὴν διάνοιαν παραπληκτικοὶ παρειμένοι εἰσὶ τοῦ σώματος μέρος ἢ μέρος, οἱ δὲ ἀποπληκτικοὶ καὶ ταῦτα καὶ τὴν διάνοιαν καὶ τὸ ὅλον. παραπληκτικοὶ λέγονται οἷς μόνα τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερὰ αἰ πάρεσεις γίνονται. (Gal. *Defin. Med.* c. 245. tom. xix. p. 415.) Cf. id. *Comm. in Hipp.* "Praedict. I." ii. 84: iii. 162. tom. xvi. p. 672, 826.; id. *Comm. in Hipp.* "Epid. I." ii. 59: "Epid. II." iii. 9. tom. xvii. p. i. p. 158, 332.; id. *Comm. in Hipp.* "De Acut. Morb. Victu," iv. 24. tom. xv. p. 783.; id. *De Loc. Aff.* iv. 3. tom. viii. p. 230 sq.; Aret. *De Sign. Diut. Morb.* i. 7. p. 84. De vocis forma vide Lobeck ad Phryn. *Ecl.* p. 530.

185. 15. μηνίγγων] De voce μῆνιγξ haec tradit Gal. (*De Anat. Adm.* ix. 2. tom. ii. p. 716.) de *Pia Matre* loquens, τοῦτον τὸν ὑμένα λεπτήν ὀνομάζουσι μῆνιγγα κατὰ δὴ τι παλαιὸν ἔθος, οὐκ οἶδ' ὅπως νῦν μόνοις τοῖς περὶ τὸν ἐγκέφαλον ὑμέσι φυλαχθείσης τῆς προσηγορίας· ὠνόμαζον γὰρ οὐ τούτους μόνοις τοὺς ὑμένας, ἀλλὰ καὶ πάντας οἱ παλαιοὶ μῆνιγγας.

186. 3. τῆς Διαγνωστικῆς τοῦ Γαληνοῦ] i. e. ejus librorum *De Locis Affectis*, qui ita vocantur etiam a Leone, (*Consp. Medic.* ii. 2, 5. p. 111, 113., et alibi,) Anon. ap. Dietz, (*Schol. in Hipp. et Gal.* tom. ii. p. 349. n., 458. n.) et Pallad. (*Comm. in Hipp. "VI Epid."* v. 1. et fort. vii. 1. tom. ii. p. 129, 186.) A Fabricio (*Bibl. Gr.* vol. iii. p. 543. ed. vet.) vocantur Διαγνωστικὴ Μέθοδος τῶν Πεπονηθῶτων Τόπων, et ab Auct. Anon. *Arab. Philos. Bibl.* ap. Casiri, *Bibl. Arabico-Hisp. Escur.* tom. i. p. 256. inter Gal. opera recensentur

تعرف العلل الباطنة نقل حنين ست مقالات

i. e. "*De Diagnostica Morborum Internorum*" libri sex, quos [Arabice] vertit Honain. Cf. Al. Sprenger, *De Orig. Medic. Arab. sub Khalif.* (8vo. Lugd. Bat. 1840.) p. 18. Initio denique primi libri (tom. viii. p. 1.) ait ipse Gal., ὅποσον μὲν οὖν τι τὸ πρὸς τὰς ἰάσεις ἐστὶ χρήσιμον ἐκ τῆς τοιαύτης γνώσεως, ἐν τῇ τῆς Θεραπευτικῆς Μεθόδου πραγματεία δηλοῦται νυνὶ δὲ μόνον, ὅπως ἂν τις διαγινώσκῃ τὰ πάσχοντα μόρια, πρόκειται σκοπεῖσθαι. Vide igitur tom. viii. p. 136 sq.

188. 8. DE SPINA, i. e. de spinae vertebrae, ossibusque cum ea articulatis, necnon de medulla spinali; cujus usum apud antiquos docuerunt Anon. *Isag. Anat.* c. 51.; Arist. *Hist. An.* iii. 7. § 1 sq.; id. *De Part. An.* ii. 6. § 3: 7. § 2: 9. § 4 sq.; Averr. *Coll.* i. 7.; Avic. *Can.* i. 1. § 5. tom. i. p. 41, 67., et alibi; Cels. *De Med.* viii. 1. p. 455 sq.; Gal. *De U. P.* xii, xiii. tom. iv. p. 1 sq.; id. *De Oss.* c. 7 sq. tom. ii. 755 sq.; id. *De Hipp. et Plat. Decr.* vii. 8. tom. v. p. 645., et alibi; Haly Abbas, *Theor.* ii. 4. p. 22.; S. Isid. *Hisp. Orig.* xi. 1. § 91 sq.; Melet. *De Nat. Hom.* c. 14.; Orib. *Anat.* p. 26, 146.; Poll. *Onom.* ii. 4. § 130 sq., 177 sq.; Ruf. Eph. *De Appell. Part.* p. 32, 52.; Theod. *De Prov.* iii. tom. iv. p. 522 sq.

188. 16. ὅπως μὴ ἐξίσταται] Vide sup. ad p. 149. l. 5.

189. 1. ὁ μὲν κ. τ. λ.] Cf. Gal. *Defin. Med.* c. 80. tom. xix. p. 367., Μύες εἰσὶ σώματα νευρώδη, ἀναμεμιγμένης αὐτοῖς καὶ σαρκὸς, πρὸς κίνησιν τῶν σώματος μερῶν γεγονότες.

189. 8. ὁ γὰρ νωτιαῖος κ. τ. λ.] Cf. sup. p. 141.

190. 12. διὰ ῥωμαλεωτάτου συνδέσμου] sc. ligam. *Odontoides*.

190. 13. διὰ ταύτης οὖν κ. τ. λ.] Sic Gal. *De Oss.* c. 8. tom. ii. 756.; id. *De U. P.* xii. 5 sq. tom. iv. p. 15 sq.; id. *Comm. in Hipp. "Epid. II."* ii. 29. tom. xvii. p. 1. p. 374.; id. *De Anat. Adm.* iv. 8. tom. ii. p. 460 sq.; Orib. *Anat.* p. 148. Non ita nostri anatomici, de qua re vide ab una parte Vesal. *De Hum. Corp. Fabr.* i. 15.; ab altera Eustach. *De Motu Cap.* in *Opusc. Anat.* p. 227 sq.

191. 6. πυρινοειδῆς] Fort. πυρην., sic enim Gal. *l. c.*; id. *De Oss.* c. 8. tom. ii. p. 756.; Ruf. Eph. p. 37.; Orib. *Anat.* p. 148. Fa-

tendum est tamen ipsum Theoph. forma *πυρίνα* pro *πυρήν* sup. p. 62. l. 11. usum fuisse, et formam *πυρινοειδής* occurrere ap. Pallad. *Comm. in Hipp.* “*Epid. VI.*” vii. 8. tom. ii. p. 192. l. 12.

191. 6. ὀδοῦς] Ὀδόντα καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ τὴν ὀδοντοειδῆ ἀπόφυσιν τοῦ δευτέρου σπονδύλου, τὴν διηρθρωμένην τῷ κρανίῳ. Γέγονε δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως ἵνα τὴν κεφαλὴν ἀπάγῃ πρόσω τε καὶ ὀπίσω· ἡ γὰρ τοῦ πρώτου σπονδύλου διάρθρωσις πρὸς τὸ κράνιον περιφέρει τὴν κεφαλὴν εἰς τὰ δεξιὰ καὶ ἀριστερά. (Gal. *Comm. in Hipp.* “*Epid. II.*” ii. 29. tom. xvii. p. i. p. 374.) Cf. Pallad. *Comm. in Hipp.* “*Epid. VI.*” vii. 8. p. 192.

191. 7. καὶ Ἴπποκρ. κ. τ. λ.] Vide librum secundum *Epidemiorum*, seu *De Morbis Vulgaribus*, quem plerique pro spurio habent; nam e septem *De Morb. Vulg.* libris soli primus atque tertius germani Galeno videbantur, (*De Diffic. Resp.* ii. 8 : iii. 1. tom. vii. p. 854, 890.) Laudatur hic ipse liber ab Erot., (*Gloss. Hippocr.* in v. σπληνός κατ' ἕξιν, p. 322.) Cael. Aurel., (*De Morb. Acut.* iii. 17. p. 240.) et Gal., (*Gloss. Hippocr.* in vv. κατάστημα, στομάργον, tom. xix. p. 109, 141.; *De Hipp. et Plat. Decr.* vi. 8. tom. v. p. 574.; *Comm. in Hipp.* “*De Alim.*” iii. 21. tom. xv. p. 347.; *De Loc. Aff.* iv. 6. tom. viii. p. 238.; *De Septim. Partu*, tom. v. p. 347. ed. Chart.) cui ex Hipp. adversariis a Thessalo, qui et sua addidit, collectus videbatur. (Cf. *Comm. in Hipp.* “*Epid. II.*” ii. 1 : “*Epid. VI.*” i. Prooem. tom. xvii. p. i. p. 314, 796.; Pallad. *Comm. in Hipp.* “*Epid. VI.*” tom. ii. p. 3.) Hanc sententiam inter recentiores plerique amplexi sunt. Vide Gruner, *Cens. Libr. Hipp.*; Ackerm. *Hist. Liter. Hipp.*; Littré, *Hipp. Opera*, tome i. *Introd.* p. 324, 364.; Petersen, *Hipp. Scripta ad Temp. Rat. Dispos.*

191. 7. οὕτως αὐτὴν ὠνόμασεν] Ἴπποκρ. δὲ καὶ ὅλον τὸν δεύτερον σπόνδυλον ὀδόντα προσηγόρευσεν ἀπ' αὐτῆς (sc. τῆς ὀδοντοειδοῦς ἀποφ.). Sic Gal. *De Oss.* c. 8. tom. ii. p. 757.; cf. Orib. *Anat.* p. 148. : minus recte Ruf. Eph. (p. 37.) ait, τὸν δὲ πρῶτον τοῦ τραχήλου σπόνδυλον Ἴπποκράτης ὀδόντα δοκεῖ μοι καλεῖν, et sic quoque Poll. *Onom.* ii. 4. § 131.

191. 12. βίβλῳ] Lege [βιβλίῳ], ut sup. p. 20. l. 1 : 21. 1.

191. 12. Περὶ τῆς τῶν τεθνεώτων Ἀνατομῆς] E libris Gal. perditis, cujus ipse meminit *De Ord. Libr. Suor.* tom. xix. p. 55.; itemque Auct. Anon. *Arab. Philos. Bibl.* ap. Casiri, *Bibl. Arabico-Hisp. Escur.* tom. i. p. 256., ubi inter Gal. opera recensetur

كتاب تشریح الحيوان الميت نقل حبیبش مقاله

i. e. “*De Animalis Mortui Dissectione*” liber unus, quem vertit Hobaisch. Cf. Al. Sprenger, *De Orig. Medic. Arab. sub Khalif.* p. 19.

192. 4. Εἰσὶ δὲ κ. τ. λ.] Cf. Pallad. *Comm. in Hipp. "Epid. VI."* iii. 12. tom. ii. p. 86.

192. 15. περιέχουσαι] Legendum videtur -χοντες, et sic Crass.

193. 3. σύνδεσμον] An *Ligam. Subflava*?

193. 11. ἀπάκια] Occurrit vox eodem sensu ap. Hypatum (sive Sanguinaticium,) *De Corp. Part.* (ap. Steph. Le Moynes, *Var. Sacra*, tom. i. p. 515., et in fine Anon. *Intr. Anat.*, ed. Bernard;) neque unquam (quoad sciam,) alibi. Vide Du Cange, *Gloss. Med. Graec.*

193. 11. Κατωτέρω κ. τ. λ.] Cf. inf. p. 196. l. 10 sq.

193. 12. τὸ ἱερόν ὀστοῦν] Hoc nomen non semper idem apud antiquos videtur significare; interdum enim *Os Sacrum* proprie dictum designat, (Melet. *De Nat. Hom.* c. 25. p. 111.; Gal. *De Oss.* c. 11, 12. tom. ii. p. 762.; Orib. *Anat.* p. 150.;) interdum etiam *Os Coccygis* comprehendit, (Gal. *De U. P.* xii. 12: xiv. 13. tom. iv. p. 50, 198., *Isag.* c. 10, 12. tom. xiv. p. 707, 722., *De Oss.* c. 7. p. 755.; Ruf. Eph. p. 32, 52, 69.) Vocatur etiam πλατὺ ὀστοῦν, (inf. p. 206. l. 5.; Gal. *De U. P.* xii. 12: xiii. 7: xiv. 13. tom. iv. p. 50, 109, 198., *De Oss.* c. 7, 12., *Comm. in Hipp. "De Fract."* iii. 26. tom. xviii. p. ii. p. 573., *De Anat. Adm.* vi. 14. tom. ii. p. 585.; Theod. *De Prov.* iii. tom. iv. p. 522.;) ὑποσπόνδυλον, (Anon. *Isag. Anat.* c. 35.; Ruf. Eph. p. 32, 52.;) τρητὸς κόκκυξ, (Poll. *Onom.* ii. 4. § 183.) Neque quot partes *Os Sacrum* habeat consentiunt veteres; neque ipse Gal. semper sibi constat, ei nunc tres (*De Oss.* c. 11.,) nunc quatuor (*De U. P.* xii. 12.) tribuens. De qua controversia alium locum ex Abdollatiphi *Hist. Aegypti Comp.* ii. 3. p. 276. exscribam:

واما العجز مع العجب ذكر جالينوس انه  
مولف من ستة اعظم ووجدته انا عظاما واحدا  
واعتبرته بكل وجه من الاعتبار فوجدته عظاما  
واحدا ثم اني اعتبرته في جثة اخري  
فوجدته ستة اعظم كما قال جالينوس  
وكذلك وجدته في سائر الجثث علي ما  
قال الا في جثتين فقط فاني وجدته فيها  
عظاما واحدا وهو في الجميع موثق بالمفاصل  
ولست واثقا بذلك كما انا واثق باتحاد  
عظم الفك الاسفل

i. e. Quod attinet ad Os Sacrum cum Osse Coccygis, p dixit Galenus illud constare ex ossibus sex; verum ego inveni illud os esse unum; et quum, adhibita omni diligentia, illud examinasset, inveni illud os esse non nisi unum. Quum autem illud examinasset in cadavere alio, inveni idem sex habere ossa uti statuit Galenus; et prout ille dixit, ita se rem habere inveni in reliquis cadaveribus, duobus exceptis, in quibus inveni illud unum esse os, idque in totum articulis solidatum. De hoc autem non sum certus sicut ego certus de unitate ossis Maxillae Inferioris.


Nomen *Sacrum* ob magnitudinem datum videtur; sic enim expresse docent Ruf. Eph., (p. 69.) et Plut. (*An Terrestr. an Aquat. Anim. sint Callid.* p. 981. D.) et majora *ιερὰ* vocata fuisse nemo nescit. (Vide Aret. *De Sign. Diut. Morb.* i. 4. p. 73.; Athen. *Deipn.* vii. 17. p. 282 sq., praesert. p. 284. C.; Schol. MS. in Greg. Naz. in Bastii Excerptis, ap. Suid. ed. Gaisf. p. 1735. n.; Cael. Aurel. *De Morb. Chron.* i. 4. p. 291.; Melet. c. 25. p. 1111.; et cf. inf. ad p. 239. l. 4. de *Morbo Sacro.*) Quam vocis originem confirmat nomen *πλατὺν*, procul dubio propter magnitudinem impositum. Alia etyma affert Melet. l. c., ἡ ὅτι κύριον, παθὸν γὰρ ἀναιρεῖ ἡ ὅτι ἱερούργουν αὐτὸ τοῖς δαίμοσι κατὰ τὸ ἀρχαῖον οἱ Ἕλληνες: quorum hoc Menandri testimonio confirmatur,

..... οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν

θύσαντες. (*Etymol. Magn.* in v.; Menand. ed. Meineke, p. 50., ubi vide Not.)

“ Alii sic dictum voluerunt quod in eo aliquid sacri arcanique insit, quoniam partus tempore divinitus aperiatur, eductoque foetu solidescat miro quodam naturae opificio.” (Gorr. *Defin. Med.*) Ἴερὸν ὀστοῦν, ait Anon. ap. Cramer, *Anecd. Gr. Oxon.* tom. ii. p. 450., κυρίως τὰ κατ’ ὀσφὺν τῶν ἱερείων ὀστέα ταῦτα τέσσαρα ἐπετίθεισαν ταῖς θυσίαις. οἱ δὲ ὅτι φησὶν ἡ ὀσφὺς πρώτη φύεται καὶ τῶν ζώων, ὅθεν τὰ ἐκατέρωθεν τῆς τρόπιος ἀμφιμίτρια [fort. ἀμφιμήτρια,] λέγουσιν ἀπὸ τῆς μήτρας. τινὲς δὲ τὸ μέγα ὀστοῦν: cf. S. Isid. *Hisp. Orig.* xi. 1. § 96. Quod nuper vidi prolatum etymon, sc. ab Hebraeorum *גִּיּוּן*, *conceptio*, paucis, credo, praeter auctorem placebit; quem nominatim laudare supersedeo.

194. 5. *ράχις*] Habet E. *ράχη*, quam formam si saepius invenissem, ubique pro antiqua *ράχις* reposuissem, quum eam agnoscant Meursius (*Gloss. Graeco-Barb.*) et Du Cange. (*Gloss. Med. et Inf. Graec.*)

P Quid de osse  Mohammedani commenti sint vide ap. Pococke Not. ad *Port. Mos.* p. 120, 255.

Occurrit quoque ap. Anon. *De Cibis*, c. 23., (ap. Erm. *Anecd. Med. Gr.* p. 271.,) et ap. Cramer, *Anecd. Gr. Oxon.* tom. ii. p. 396. l. 6.

194. 17. κλάσις] sc. *flexura*, ut ap. Arist. *Probl.* v. 19. § 2., τοῖς μὲν γόνασιw ἢ εἰς τὸ πρόσθεν κλάσις, τοῖς δὲ μηροῖς ἢ εἰς τοῦπισθεν: unde κλάσεις ἐμμελέσταται φωνῆς, *inflexiones, modulationes*, ap. Phil. Jud. *De Merc. Meretr.* tom. ii. p. 266. l. 23. Saepius in metaph., κλάω et *frango* pro *mollire, enervare*, usurpantur. Quintil. *Inst. Orat.* i. 6. sub fin., *comam frangere*, habet. Vide H. Steph. *Thes. Gr.* in vv. κλάσις, κλάω; Facciol. *Lex. Lat.* in v. *frango*.

195. 7. [διαφυλάττηται] Vide sup. ad p. 149. l. 5.

195. 9. τὸ βαστάζον κ. τ. λ.] Cf. sup. p. 13. l. 9: 33. 4: 49. 14.

195. 11. τῶν ὀστέων τὸ κατωτάτω] sc. *Os Sacrum*, cf. p. 193. l. 12.: 196. 10.

196. 10. Τὸ δὲ ἱερὸν ὀστοῦν κ. τ. λ.] Cf. sup. p. 193. l. 12 sq.

196. 14. ὠμοπλάτας] *scoptula operta* vocat Crass., quod e Celsi loco, (viii. 1. p. 456, 57.,) ubi nunc *scutula operta* legitur, (vide Targ. ad loc.,) videtur sumpsisse.

197. 4. αὐχὴν τῆς ὠμοπλάτης] sc. *Cervix Scapulae*.

197. 5. κοιλία] sc. *Sinus Glenoides*.

197. 11. τὸ τῆς ψυχῆς ταμείον, τὴν καρδίαν] Cf. sup. p. 184. l. 15 sq.

197. 13. ῥάχιw] sc. *Spinam Scapulae*.

199. 6. αὐτῶ] Lege [αὐτὸ] cum Gal., et vide ad p. 149. l. 5.

199. 9. ἐπωμίδας] Fort. *Acromia*, neque enim de hujus vocis significatione plane constat. Ait Gal., (*Comm. in Hipp. "De Artic."* i. 4. tom. xviii. p. i. p. 313.,) ἐπωμῖς δὲ τὸ ἐπάνω τοῦ ὤμου μέρος ἐπιτεινόμενον ὡς ἐπὶ τὸν τράχηλον: Poll., (*Onom.* ii. 4. §. 133.,) κλειδῶν δὲ τὸ μὲν πρὸς ὠμοπλάτας, ἐπωμῖς: τὸ δὲ πρὸς τράχηλον, παρασφαγίς: Ruf. Eph. (*De Appell.* p. 28.,) τὰ δὲ ἀπὸ τῶν τερόντων ἐπὶ τοὺς ὤμους καθήκοντα, ἐπωμίδες. Cf. id. p. 50.

199. 11, 12. ἐπειδὰν—προσπέση] Vide sup. ad p. 149. l. 5.

201. 1. διὰ μῶw] Praecipue a musc. *Supra Spinato* et *Infra Spinato*.

201. 7. Διὰ τί δὲ κ. τ. λ.] Cf. sup. p. 38. l. 7 sq.

201. 9. γλυμῆ] Lege [γλήνη], et vide Var. Lect.

201. 10. ξύμπασα] Fort. *σύμπασα* cum Gal., ut semper alibi.

202. 2. συνδέσμοις] Praecipue a ligam. *Capsulari*.

202. 3. ὑπὸ μῶw] De quibus vide Gal. *De Diss. Musc.* tom. xviii. p. ii. p. 966 sq. (c. 19. ed. Dietz.)

202. 7. πίθηκοι, ἄρκτους] Inf. p. 213. l. 13. *capram gravidam* dissecare hortatur. De simiis, ursis, et similibus dissecandis cf. Ruf. Eph. p. 33, 34.; Gal. *De Anat. Adm.* iii. 5., *De Ven. et Art. Diss.* c. 1. tom. ii. p. 384, 781.; id. *De Musc. Diss.* tom. xviii. p. ii. p. 930.

(c. 1. p. 4. ed. Dietz.), et alibi: in bello autem Germanico ait Gal. (*De Comp. Medic. sec. Gen.* iii. 2. tom. xiii. p. 604.) medicos ἐξουσίαν ἀνατομῆς σωμαίων βαρβαρικῶν habuisse.

202. 13 — 203. 4. Ἀποπερατώσασα — ἰσχία] Cf. Gal. *De U. P.* xiv. 13. tom. iv. p. 198.

202. 13—15. Ἀποπερ.—ὄστούν] ὑποβέβληται μὲν ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς ῥάχεως τὸ πλατύ τε καὶ ἱερὸν ὄστούν ὀνομαζόμενον, Gal.

202. 15. τῶν πλαγίων] ἐκ τῶν πλαγίων Gal.

202. 16. αὐτοῦ συνέφυσε] αὐτῷ συμφύεται Gal.

202. 16. δύο ὄστᾶ] sc. *Ossa Innominata*, de quibus et eorum partibus vide Gal. *De Oss.* c. 20. tom. ii. p. 772.

202. 16. ὄστᾶ] om. Gal.

202. 17. πολυπλάσια τῷ δὲ] πολλαπλάσια καὶ τῷ Gal.

202. 17. πολυπλάσια] Vox rara, pro qua sup. p. 62. l. 6. usitatio-  
torem πολλαπλάσιος Noster habet.

203. 1. ἀνατείνασα] —νόμενα Gal. 2. (ταῦτα—ὄστᾶ)] om. Gal.

203. 2, 4. λαγόνος ὄστᾶ,—ἰσχία] Cf. Gal. *De Oss.* l. c.

203. 3. προτείνουσα] προϊόντα Gal. 3, 4. ἄπερ—ἰσχία] om. Gal.

203. 10. Ἰσχίῳ κ. τ. λ.] Eundem locum laudat Gal. *Comm. in Hipp.* “*De Fract.*” ii. 70. tom. xviii. p. ii. p. 519.

204. 5. νεῦρον] i. e. non *nervum*, sed *ligamentum*; νεῦρόν ἐστι σῶμα λευκὸν καὶ ναστόν. νεῦρων τρεῖς εἰσιν αἱ διαφοραί· τὰ μὲν ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου ἐκπεφυκότα, νεῦρα ταῦτα κυρίως προσαγορεύεται· τὰ δὲ ἐκ μυῶν, τένοντες· τὰ δὲ ἐξ ὀστέων, σύνδεσμοι. (Gal. *Defin. Med.* c. 76. tom. xix. p. 366.) Cf. id. *Comm. in Hipp.* “*De Alim.*” iii. 1. tom. xv. p. 257.; id. *De Oss.* Prooem. tom. ii. p. 739.; id. *De Hipp. et Plat. Decr.* i. 9. tom. v. p. 205.; id. *De Comp. Medic. sec. Gen.* iii. 2. tom. xiii. p. 575.; id. *De U. P.* i. 17. tom. iii. p. 47.; id. *Introd.* c. 11. tom. xiv. p. 710. Sic *nervus* ap. Latin. usurpatur; vide Cels. vii. 18: viii. 1. p. 413, 456.

204. 10. καὶ μονωτάτους] Nota loquendi formulam certe rarissimam, et a locis sup. ad p. 57. l. 9. laudatis paullo diversam.

204. 16. εἰς τέσσαρας τόπους] Cf. Hipp. *De Artic.* tom. iii. p. 213., ibique Gal. *Comm.* iii. 68, 90, 98, 105. tom. xviii. p. i. p. 582 sq., 610 sq., 626 sq., 649 sq.

205. 6. ὀρθοπεριπατητικόν] Vox rara, quae occurrit ap. Athan. *De Defin.* c. 3. tom. ii. p. 246. ed. Bened.; Ammon. *In V Voces Porph.* p. 30, 31 B. ed. Ald.: eodem sensu ἀνορθοπεριπατητικὸς ap. Athan. *ibid.* c. 1. p. 243 A. Vide Bast. in Ind. Scap. *Lex.* ed. Oxon.

205. 8. μῦας μείζους τε κ. τ. λ.] De quibus vide Gal. *De Diss. Musc.* tom. xviii. p. ii. p. 1000 sq. (c. 33 sq. ed. Dietz.)

205. 9. ἀπονευρώσεις] καλοῦσι δ' αὐτοὺς [sc. τοὺς τένοντας,] ἀπονευ-

ρώσεις μυῶν οἱ νεώτεροι, ὅτι, οἶμαι, τοὺς μῦς εἰς αὐτοὺς ὀρώσι τελευτῶντας. (Gal. *De Motu Musc.* i. 1. tom. iv. p. 368.) Cf. id. *Comm. in Hipp.* "VI. Epid." i. 2. tom. xvii. p. i. p. 804.

205. 12. κατὰ τὰ ὀπισθεν] sc. musc. *Gastrocnemium* et *Soleum*.

205. 13. γαστροκνημίας] Cf. Arist. *Hist. An.* i. 15. § 5 : ii. 1. § 29.; Gal. *Introd.* c. 10. tom. xiv. p. 708.; Ruf. Eph. p. 33, 52.; Poll. *Onom.* ii. 4. § 190. Vide Lobeck ad Phryn. *Ecl.* p. 330.

206. 1—3. Καὶ ἀνωτέρω—κατεσκ.] Non omnino sanus mihi hic locus videtur, quamquam mederi non possim.

206. 10. καθήσεως] Fort. καθίσεως legendum; de η et ι confusis vide ad p. 182. l. 2. Occurrit tamen κάθησις in libris quibusdam Jerem. xlix. 30. Vide H. Steph. *Thes. Gr.* in v. κάθισις.

206. 11. μύας πολλοὺς ἀδρῶν] sc. musc. *Gluteos*, de quibus vide Gal. *De Diss. Musc.* tom. xviii. p. ii. p. 1004. (c. 33. p. 81 sq. ed. Dietz.)

206. 13. τὰς πυγὰς] πυγαὶ δὲ τὰ μετὰ τὴν ὀσφῦν σαρκώδη, καὶ ἐφέδρανα, ἐφ' ὧν καθίζομεν· ἄλλοι δὲ γλουτοὺς καλοῦσι. (Ruf. Eph. p. 32.) Cf. id. p. 52.

207. DE GENITALIBUS, i. e. maris et foeminae, necnon de foetu, ejusque generatione; de quibus apud antiquos docuerunt, Aët. iv. 4. § 1 sq.; Alshar. *Theor.* iv. 23 sq. p. 6 B.; Anon. (fort. Mich. Psell.) ap. Cramer, *Anecd. Gr. Par.* tom. i. p. 340 sq.; Anon. *Isag. Anat.* c. 22 sq.; Arist. *De Gener. An.*; id. *Hist. An.* iii. 1 : vii, x, et alibi; Avic. *Can.* i. 1. § 5 : iii. 20, 21. tom. i. p. 61, 886 sq.; Cels. iv. 1 : vii. 18. p. 171 sq., 413 sq.; Gal. *De Uteri Diss.* tom. ii. p. 887 sq.; id. *De U. P.* xiv, xv., *De Sem.*, *De Foet. Form.* tom. iv. p. 142 sq., 512 sq., 652 sq.; id. *De Septim. Partu*, tom. v. p. 347. (ed. Chart.) et alibi; Haly Abbas, *Theor.* iii. 33 sq. p. 40 B. sq.; Hipp. *De Genit.*, et *De Nat. Pueri*; id. *De Septim. Partu*, et *De Octim. Partu*; id. *De Superfoet.* tom. i. p. 371 sq., 444 sq., 460 sq.; S. Isid. *Hisp. Orig.* xi. 1. § 101 sq., 134 sq.; Lact. *De Opif. Dei*, c. 12.; Macrob. *Comm. in Cic.* "Somn. Scip." i. 6.; Melet. *De Nat. Hom.* c. 24 sq.; Mosch. *De Mul. Pass.* c. 2 sq.; Nemes. *De Nat. Hom.* c. 25.; Oct. Hor. *Rer. Med.* iv. p. 102 sq., 109 sq.; Orib. *Anat.* p. 124 sq.; Paul. Aegin. vi. 61.; Plin. *Hist. N.* vii. 3 sq., et alibi; Plut. *De Phys. Philos. Decr.* v. 3 sq.; Poll. *Onom.* ii. 4. § 171 sq.; Razes, *Almans.* i. 24 sq. p. 20.; Ruf. Eph. *De Appell. Part.* p. 31 sq., 40 sq., 51 sq., 63 sq.; Soran. *De Arte Obstetr.* c. 4, 5.

207. 3. ἥβης ὀστᾶ] . . . ἥβης καλέουσιν ὀστᾶ· κατὰ γὰρ τὸν τῆς ἥβης χρόνον ἐκείσε φύονται αἱ τρίχες. (Melet. c. 23. p. 109.)

207. 6. φρουροῦσαν τῇ τε κύστει κ. τ. λ.] Nota verbum φρουρεῖν cum dat. conjunctum, alibi semper accus. regens.

207. 7. Ὑπέρκειται μὲν οὖν] Dele οὖν.

207. 9. ἡ δὲ μήτρα] καὶ πρῶτον μὲν, πότερον ὑστέραν ἢ μήτραν κλητέον ἐστὶ τὸ μόριον ἐκεῖνο ὃ πρὸς τὴν κύησιν ἔδωκε φύσις ταῖς γυναῖξιν, οὐδὲν διαφέρει. (Gal. *Comm. in Hipp.* "De Alim." iii. 17. tom. xv. p. 326.; cf. id. *Comm. in Hipp.* "De Hum." i. 19. tom. xvi. p. 177.) Ἰπποκράτης δὲ καὶ δελφὺν καὶ γονὴν καλεῖ. (Ruf. Eph. p. 40.) Cf. Poll. *Onom.* ii. 4. § 222.; Melet. *De Nat. Hom.* p. 8.

207. 16—208. 2. καὶ προσέτι—τὴν τοῦ] Locus corruptus, (vide Gal. in Var. Lect.) ita fort. corrigendus: καὶ πρὸς ἔτι τὴν τοῦ κύηματος αὔξησιν, ἐπὶ πλείστον ἀλύπως διαστελλεσθαι πεφυκυίας τῆς ὑστέρας εἰς [τε] τὴν τοῦ κ. τ. λ.

208. 5. ὑστέρας αὐχὴν] sc. *Os Uteri*, cf. inf. p. 211. l. 2.; vide Casp. Hofm. *Comm. in Gal.* "De U. P." § 964. Alibi *Vaginam* videtur designare, e. g. Gal. *De U. P.* xiv. 11. tom. iv. p. 188.; vide Haller, *Physiol.* xxviii. 2. § 6, 15. tom. vii. p. ii. p. 52. n., 72. Aliud quid ὁ τράχηλος τῆς μήτρας ap. Theoph. *Comm. in Hipp.* "Aph." v. 60. p. 477. l. 30., quamquam nonnunquam idem voces significant; vide Ruf. Eph. p. 40., Poll. *Onom.* ii. 4. § 222.

208. 9. τὰς κοιλίας τῶν ὑστερῶν] "Ita loquebantur [veteres], quod "persuasum haberent uterum humanum distingui utrinque quasi in "loculos . . . . aut sinus, eo modo quo canum, suum, ovium, vac- "carum, aliorumque multiparorum." (Casp. Hofm. *Comm. in Gal.* "De U. P." § 962.)

209. 3. Τὸ δὲ κύτος τῶν ὑστερῶν] sc. *Fundus Uteri*.

209. 4. εἰς κόλπους δύο] Sic Arist. *Hist. An.* iii. 1. § 20.; id. *De Gener. An.* i. 3. § 5.; Anon. *Isag. Anat.* c. 29.; Plin. *Hist. N.* xi. 84.; Philot. et Praxag. ap. Gal. *De Diss. Ut.* c. 3. tom. ii. p. 890.; Melet. c. 26. p. 115.; Raz. *Almans.* i. 26. Vide Haller, *Physiol.* xxviii. 2. § 5. tom. vii. p. ii. p. 51. Monendum est γυναικείον κόλπον *vaginam* significare; vide Ruf. Eph. p. 41., Poll. *Onom.* ii. 4. § 222., Soran. *De Arte Obstetr.* c. 5. p. 12, 14.

209. 5. Ἐμβρυα κ. τ. λ.] Cf. Hipp. *Praedict.* ii. 34., *De Superfoet.* tom. i. p. 221, 476.; id. *De Morb. Vulg.* ii. 6., *Aph.* v. 38. tom. iii. p. 465, 744.

ما كان من الاطفال زكرا فاحري ان  
يكون تولده في الجانب اليمين وما كان  
انثي ففي الجانب اليسر (Honain, *Aph.* v. 47. p. 48.)

"Οτι διὰ τὴν κρᾶσιν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς οὖσαν θερμότεραν ἄρρεν γίγνεται τὸ ἔμ-  
βρυον ἐν τοῖσι *Περὶ Σπέρματος* [ii. 5. tom. iv. p. 633 sq.] ὑπομνήμασιν ἐπιδέ-  
δεικται. Θερμότερα δὲ ἡ κρᾶσις γίγνεται τοῖς ἐμβρύοις οὐχ ἥκιστα καὶ διὰ τὸ

χωρίον, ὅπερ ἐστὶ τὸ δεξιὸν τῆς ὑστέρας μόριον, αὐτίκα δὲ τοῦτο θερμότερόν ἐστι τῇ γειτνιασίῃ τοῦ ἥπατος. Εἴη δ' ἂν τι πρὸς τὴν θερμότητα τοῦ κνουμένου συντελοῦν καὶ τὸ τῆς θηλείας σπέρμα προερχόμενον μὲν ἐκ τῶν οἰκείων ὄρχεων δι' ἐκατέρας τῆς κεραίας, τὸ μὲν εἰς τὸν δεξιὸν κόλπον τῆς μήτρας, τὸ δὲ εἰς τὸν ἀριστερόν, ἀνόμοιον ὑπάρχον, ὡς καὶ τοῦτ' ἐπεδείξαμεν. Εἴπερ οὖν ὄρρωδέστερόν ἐστι καὶ ψυχρότερον τὸ κατὰ τὸν ἀριστερόν ὄρχιν σπέρμα, καὶ κατὰ τοῦτ' ἂν εἰκότως ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τῆς μήτρας τὸ συνιστάμενον εὐθύς ἐξ ἀρχῆς κύημα γίγνοιτο ψυχρότερον. Εἴρηται δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἀπάντων αὐτάρκως· κὰν τῷ πέμπτῳ τῶν Ἱπποκράτους Ἀνατομικῶν.<sup>9</sup> (Gal. *Comm. in Hipp. "Aph."* v. 48. tom. xvii. p. ii. p. 840.)

Ἡ μήτρα δύο κόλπους ἔχει, δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, διαφραττομένους ὑμῖνι τινί· ἐν τούτοις οὖν γίνεται ἡ διάπλασις τῶν ἐμβρύων, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀρρένων ἐν τοῖς δεξιοῖς, τῶν δὲ θηλέων ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. Καὶ ἡ αἰτία, ὅτι τὰ ἄρρενα θερμότερά εἰσι, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς δεξιοῖς, ὡς ἐν θερμότεροις, δημιουργοῦνται· τὰ δὲ θήλεα ψυχρά, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, ὡς ἐν ψυχρότεροις, δημιουργοῦνται. Θερμότεροι μὲν οὖν εἰσιν οἱ δεξιοὶ κόλποι τῆς μήτρας τῶν ἀριστερῶν τῇ πυριάσει τοῦ ἥπατος· ἀλλὰ καὶ ὁ δεξιὸς ὄρχις καὶ κόλπος δέχονται τὸ καθαρὸν αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο θερμότεροι, ὁ δὲ ἀριστερὸς ὄρχις καὶ κόλπος ὄρρωδέστερον, καὶ διὰ τοῦτο ψυχρότεροι. (Theoph. *Comm. in Hipp. "Aph."* v. 47. tom. ii. p. 469.)

Διὰ τὴν θερμότεραν κρᾶσιν ἄρρεν γίνεται τὸ ἔμβρυον· θερμότερον δ' ἐστὶ τὸ δεξιὸν μέρος τῆς ὑστέρας τῇ γειτνιασίῃ τοῦ ἥπατος. Damasc. *ibid.*

“ Multis de causis mares in dextra parte jacent : primum, quia virtus ibi major est ; deinde, quia calor fortior. Sed quaeras, ‘ Quomodo calor in dextra est, quum cor in sinistra jaceat?’ Respon- demus, licet in sinistra jaceat cor, calorem tamen tam dextrae quam sinistrae ministrat ; dextrae enim dupliciter calida est, primo ab hepate, deinde a corde. Ideo masculi in dextra, foeminae autem in sinistra jacent.” (Pseudo-Oribas. *Comm. in Hipp. "Aph."* vi. 19. p. 224.)

“ Id quod fuse Hippocrates in libro Aphorismorum tradidit, hac in parte breviter enarrat, ‘ Masculos in dextra uteri parte generari, foeminas autem potius in sinistra.’ Hujus effectus causam nonnulli congruenter assignaverunt, videlicet propterea quod dextrae partes sunt calidiores, sinistrae frigidiores : nam hoc modo et viri calidiores, et mulieres frigidiores sunt. ‘ Sed dextra calidiora esse unde

<sup>9</sup> Sc. in libro deperdito, cujus ipse non semel meminit, e. g. *Gloss. Hipp.* in v. κοτυληδόνας, tom. xix. p. 114 ; *De U. P.* xiv. 4., *De Sem.* i. 7 : ii. 5. tom. iv. p. 154, 537, 633. Cf. Auct. Anon. *Arab. Philos. Bibl.* ap. Casiri, *Bibl. Arabico-Hisp. Escur.* tom. i. p. 256. l. 22. ; Al. Sprenger, *De Orig. Medic. Arab. sub Khalif.* p. 19.

“ *dignoscitur?*” Respondent aliqui, ex eo, quia sunt robustiora sinis-  
 “ tris, robur autem calorem ostendat. At nos aliter dicimus, non  
 “ propter calorem dextra esse validiora, sed quia bene moventur et  
 “ vehementius exercentur: hinc est quod dextra manus, utpote  
 “ magis exercitata, dextro pede<sup>r</sup> valentior est. Alii dicunt calidiora  
 “ esse dextra quoniam jecur in dextra parte collocatum sit. Verum  
 “ nos dicimus cor in medio thorace esse positum, sed ad sinistrum  
 “ latus ejus sinistrum cavum declinare. Sed ultra haec veram causam  
 “ referamus, quam per corporum animalium dissectiones compertam  
 “ habemus. Scire igitur oportet venas et arterias magnas ad renes  
 “ derivari, quae sanguinem defecandi, quo membra nutriuntur, offi-  
 “ cium habent; sed antequam ad renes perveniant, ramus unus ab  
 “ ipsis ad sinistrum testiculum et ad sinistrum uteri sinum mittitur,  
 “ qui sordidum et impurum sanguinem continet. A renibus autem  
 “ purgato sanguine ramus alter ad dextrum testiculum et ad dex-  
 “ trum uteri concavum descendit, qui purum et calidum sanguinem  
 “ devehit; nam purus sanguis impuro calidior est. Hac de causa  
 “ mares in dextro, foeminae in sinistro latere generantur. At non  
 “ modo uteri cavitatum temperamento causa est assignanda, verum  
 “ etiam masculino semini calido et ad mares generandos idoneo:  
 “ cum his et superior motus numerandus est. Absurdum est enim  
 “ vim formatricem uteri et seminis temperaturae effectricem esse  
 “ dicere, horum autem causam esse non dicere; quandoquidem ne-  
 “ que mas neque foemina sine ipsa gignitur. Quocirca vere de ipsa  
 “ dictum fuit, ‘ *Quod voluit aspexit, atque ita omnia facta sunt.*’ Hae  
 “ sunt igitur omnes causae, ob quas mares in dextris, foeminae in  
 “ sinistris partibus oriuntur. Et hujus rei fidem a pastoribus accipe.  
 “ Siquidem oves et caprae geminos foetus edunt, et cum praegnan-  
 “ tes fuerint, eas in dextris mares, in sinistris foeminas gerere in-  
 “ venimus. Et hoc idem Parmenides affirmavit inquiens, ‘ *In dextris*  
 “ *quidem pueros, in sinistris vero puellas.*’ Caeterum quandoque  
 “ (licet raro,) et in sinistris mares, quemadmodum foeminae, et in  
 “ dextris foeminae, quemadmodum et mares, procreantur.” (Pallad.  
*Comm. in Hipp. “VI. Epid.”* ii. 43. tom. ii. p. 70.)

Hanc hypothesin, quae diu obtinuit, primus excogitavit Parmen-  
 ides (Pallad. *l. c.*) aut Anaxagoras (Arist. *De Gener. An.* iv. 1. § 3.;  
 Plut. *De Philos. Decr.* v. 7.; Gal. *Hist. Philos.* c. 32. tom. xix.  
 p. 324.;) de qua re plura vide ap. Haller, *Rhysiol.* xxix. 2. § 3. tom.  
 viii. p. 79. Cf. inf. p. 235. l. 10.

<sup>r</sup> Dextro pede] An sinistra manu? aut fort. [sinistra manu, et] dex[ter pes  
 sinis]tro pede &c.

209. 7. "Εοικε δὲ ἡ μήτρα κ. τ. λ.] Hanc uteri descriptionem, paulo obscuriorem, unde Noster desumpserit nescio.

209. 9. ὁ τράχηλος τῆς μήτρας] De Uteri partium nominibus ait Soranus (c. 4. p. 8.) κέκληται δ' αὐτῆς τὸ μὲν πρῶτον καὶ προάγον μέρος στόμιον, τὸ δὲ μετὰ τοῦτο τράχηλος, τὸ δὲ ἐπόμενον αὐχὴν, ἡ συνδρομὴ δὲ τούτων καυλὸς, τὰ δὲ ἐκατέρωθεν μετὰ τὴν στενότητα τοῦ τραχήλου πλατυνόμενα πρῶτως ὑστέρας ὠμοί, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα πλευρὰ, τὸ δὲ ὕστατον πυθμὴν, τὸ δὲ ὑποκείμενον βάσις, τὸ δ' ὄλον χῶρημα κύτος καὶ γάστρα καὶ κόλπος. Cf. Mosch. *De Mul. Pass.* c. 6. Haec autem omnia nomina (quod de aliis quoque partibus jam antea monui,) non semper idem apud antiquos designant.

209. 13. τὰς κεραίας τῆς μήτρας] sc. *Tubas Fallopii*; αὐτῶν δὲ τούτων τὸ σχῆμα ὁ μὲν Ἡρόφιλος ἡμιτόμου κύκλου ἔλικι εἰκάζει· Διοκλῆς δὲ κέρασι φνομένοις, διὰ ταῦτα καὶ ὠνόμασε κεραίας, παρωνύμως ἀπὸ τοῦ κέρατος. Εὐδήμος δὲ πλεκτάνας καλεῖ, οὐκ ἔχων φάναι, πότερον ὅτι πέπλεκται ταύτῃ ἀγγεῖα ἐλικοειδῶς, ἀλλ' αὐτὰς τὰς ἀποφύσεις παρείκασε πλεκτάναις· οἱ δὲ περὶ Πραξαγόραν τε καὶ Φιλότιμον κόλπους αὐτὰς καλοῦσιν, ὅθεν καὶ δίκολπον μὲν τὴν μήτραν τῆς γυναικὸς λέγουσι, πολύκολπον δὲ τὴν τῶν πολυτόκων ζώων. (Gal. *De Uteri Diss.* c. 3. tom. ii. p. 890.) Plura de "*Tubarum antiquitatibus*," vide ap. Haller, *Physiol.* xxviii. 2. § 30. tom. vii. p. ii. p. 101.

210. 1. τῆς θηλείας οἱ ὄρχεις] Veteres, ut analogiam utriusque sexus melius tuerentur, has particulas *testes* dixerunt; primus *ovaria* appellavit Nicol. Stenonius. Vide Haller, *Physiol.* xxviii. 2. § 33. tom. vii. p. ii. p. 108.

211. 5. ἀμνείον] Nomen ab Emped. impositum; vide Ruf. Eph. p. 45.; Poll. *Onom.* ii. 4. § 223. Scribitur etiam nonnunquam ἀμνίον: vide Poll., Ruf. Eph. *l. c.*, et alibi.

211. 7. τὸν ἀλλαντοειδῆ χιτῶνα] Hoc nomen non ante Gal. inveni; de etymo vide inf. p. 215., et cf. Gal. *De Ut. Diss.* c. 10. tom. ii. p. 902., *De Sem.* i. 7. tom. iv. p. 538, 39.

211. 11. τὸ χωρίον] Scribitur plerumque *χορίον*, quod monet C. Hofm. (*Comm. in Gal.* "*De U. P.*" § 1067, 68.) "male a quibusdam transformari in *χωρίον*, *loculum*; quamvis enim uterus ipse "dici possit *τόπος*, *χώρα*, *χωρίον*, non potest tamen membrana "haec." Occurrit vox primum ap. Hipp. (*De Nat. Pueri*, tom. i. p. 423.) et Arist. (*De Gener. An.* ii. 7. § 7., et alibi.) Monendum est, post C. Hofm. (*l. c.*) et Haller, (*Physiol.* xxix. 3. § 5. tom. viii. p. 187.,) Gal. *Chorii* nomine *Placentam* comprehendere. De verbo *χωρίον*, sive *χορίον*, cf. etiam Gal. *De U. P.* xv. 5., *De Sem.* i. 7. tom. iv. p. 232, 538.; Melet. p. 8. l. 23 sq.; Steph. Athen. *Comm.*

in Gal. "De Meth. Med. ad Glauc. I." tom. i. p. 314, 315.; Nemes. De Nat. Hom. c. 25. p. 247. et ibi Matth.

212. 4. δύο μὲν ἀρτηρία] sc. *Arteriae Umbilicales*.

212. 5. δύο δὲ φλέβες] Sic Arist. *Hist. An.* vii. 8. § 6.; Ruf. Eph. p. 45. Re vera tamen tantum est una, sc. *Vena Umbilicalis*, quamquam brutis animalibus (e quibus suam Gal. desumpsit descriptionem,) duae sint; vide Haller, *Physiol.* xxix. 3. § 18. tom. viii. p. 220.

212. 6. οὐραχόν] Scribitur etiam οὐραγόν: vide Gal. *l. c.*, et alibi.

212. 9. εἰς τοῦτο ἐχόντων] Fort. εἰς τοῦντος ἡκόντων: vide Var. Lect.

213. 6. μία μὲν φλέψ ἐκ τῶν δύο] Vide ad p. 212. l. 5.

213. 9. τῇ κατὰ ῥάχιν ἀρτηρία] sc. *Aortae*; cf. inf. p. 229. l. 10., τῆς μεγάλης ἀρτηρίας τῆς ἐπικειμένης τῇ ῥάχει.

213. 13. ἐγκύμονα αἶγα] Sic Pallad. *Comm. in Hipp.* "VI Epid." v. 1. tom. ii. p. 129. l. 7.; cf. sup. ad p. 202. l. 7.

215. 4. διὰ τοῦτο γὰρ κ. τ. λ.] Cf. sup. ad p. 211. l. 11. Monendum est τὰ χορία etiam *secundinas* designare; vide Dietz, *Schol. in Hipp. et Gal.* tom. ii. p. 463. l. 17., et n.

215. 5. τὴν ὀνομασίαν ἐκτίσατο] Cf. Melet. *De Nat. Hom.* p. 8. l. 23.

215. 9. κοτυληδόνες] De *Cotyledonibus*, sive *Acetabulis*, quae non nisi in brutis extant animalibus, vide inf. ad p. 216. l. 2.; itemque Arist. *Hist. An.* iii. 1. § 31: vii. 8. § 1., *De Gen. An.* ii. 7. § 4.; Erot. *Gloss. Hipp.* in v., p. 208.; Joann. Alex. *Comm. in Hipp.* "De Nat. Pueri," tom. ii. p. 210.; Gal. *De U. P.* l. c., *De Sem.* i. 7. tom. iv. p. 538., *De Ut. Diss.* c. 10. tom. ii. p. 905, 906., *Gloss. Hipp.* in v. tom. xix. p. 114.; Soran. c. 4, 23. p. 11, 72. Cf. Casp. Hofm. *Comm. in Gal.* "De U. P." § 1084.; Vesal. *De Hum. Corp. Fabr.* v. 16.; C. G. Kühn, *Opusc. Acad. Med. et Philol.* tom. ii. p. 134.

215. 13. ἀμβλωθρίδιον] Vox rara, pro qua saepius ἀμβλωμα vel ἀμβλωσμός occurrit. Vide Gal. *Comm. in Hipp.* "Epid. VI." i. 2. tom. xvii. p. i. p. 799.; Hesych. *Lex.*; Phryn. *Ecl.* p. 208.; C. G. Kühn, *Lex. Med. propediem prodituri Spec.* ii. p. 5. in v. *Abortus*.

216. 2. ὀπόσαι κ. τ. λ.] Cf. Hipp. *De Nat. Mul.* § 17.; *De Morb. Mul.* i. 84. tom. ii. p. 545, 546, 679.

متي كانت المرأة حاملا وبدنها معتدلا  
وتسقط في الشهر الثاني والثالث من غير سبب  
بيّن فنقر الرحم منها مملوا مخاطا فلا تقدر  
علي ضبط الطفل لتقله لكنه ينهتك منها  
(Honain, *Aph.* v. 44. p. 47.)

“Ατερ φανερᾶς προφάσεως λέγει πυρετοῦ σφοδροῦ καὶ γαστρὸς ρεύματος, ἢ αἰμορραγίας ἢ ἐρυσιπέλατος ἐν αὐτῇ τῇ μήτρᾳ συστάντος, ἢ πηδησάσης σφοδρότερον τῆς κούσης ἢ κραξάσης ἢ λυπηθείσης ἢ θυμωθείσης ἢ φοβηθείσης ἢ ἐνδεῶς διαιτηθείσης, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον διαπραξάσης ἢ παθούσης. Εἰκὸς γὰρ ταῖς τοιαύταις μνῆσιν τὰ στόματα τῶν εἰς τὴν μήτραν καθηκόντων ἀγγείων ὑπάρχειν, ἐξ ὧν ἤρτηται τὸ χωρίον, ἃ δὴ καὶ κοτυληδόνας ὠνόμασεν, οὐχ (ὡς ἔνιοι νομίζουσι,) τὰς ἐπιτρεφομένας ἀδενώδεις σάρκας αὐταῖς· ἐν τε γὰρ τῷ πρώτῳ τῶν Γυναικείων [tom. ii. p. 679.] αὐτὸς φησιν, “ Ἦν δὲ αἱ κοτυληδόνας φλέγματος περίπλεες ἔωσι, “ τὰ καταμήνια γίνεται ἐλάσσονα” καὶ ὁ Πραξαγόρας ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Φυσικῶν, “ Κοτυληδόνας δὲ εἰσι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν καὶ τῶν ἀρτηριῶν “ τῶν εἰς τὴν μήτραν φερουσῶν<sup>s</sup>.” (Gal. *Comm. in Hipp.* “*Aph.*” v. 45. tom. xvii. p. ii. p. 838.)

Ἐνταῦθ᾽ αὖ φησιν ὅτι ὅσαι σύμμετρον ἔχουσι τὸ σῶμα, εἰ ἐπὶ δεῦτερον ἢ τρίτον μῆνα ἐκτιτρώσκουσιν ἄνευ τινὸς φανερᾶς αἰτίας, τούτων πάντως αἱ κοτυληδόνας τῆς μήτρας (ἦτοι οἱ ὑμένες οἱ κατασφαλίζοντες τὰς ἀναστομώσεις τῶν ἐν τῇ μήτρᾳ ἀγγείων,) μύξης μεσταί εἰσι, (τουτέστι φλεγματικῶν χυμοῦ καὶ γλίσχρου,) κἀντεῦθεν χαλαροὶ καὶ ἀσθενεῖς γίνονται, λοιπὸν δὲ καὶ ἡ καθεκτικὴ δύναμις τῆς μήτρας ἀσθενεῖ, ὑγρᾶς καὶ φλεγματικῆς ὕλης πλεοναζούσης. Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ἀνάγκη πᾶσα ἐκτιτρώσκειν αὐτὰς δίμηνα καὶ τρίμηνα διὰ τὸ τηνικαῦτα βάρος ἔχειν ἀξιόλογον τὸ ἔμβρυον, μὴ δύνασθαι δὲ κατασχεῖν τὸ ἔμβρυον τὰς τε κοτυληδόνας καὶ τὴν καθεκτικὴν δύναμιν ἀτόνως διακειμένας. (Theoph. *Comm. in Hipp.* “*Aph.*” v. 44. tom. ii. p. 467.)

Φανερὰν φρόφασίν φησι, πυρετὸν σφοδρὸν, αἰμορραγίαν, διάρροϊαν, φλεγμονὴν ἐν τῇ μήτρᾳ ἢ ἐρυσιπέλας, πῆδημα σφοδρὸν, ἢ κραυγὴν, ἢ φόβον, ἢ θυμὸν, ἢ ἐνδεῆ τροφήν, ἢ μίξιν ἄκαιρον μετὰ βιαίας κατασείσεως, ἢ τι τοιοῦτον· κοτυληδόνας δὲ εἰσι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τῶν εἰς τὴν μήτραν φερομένων. (Damasc. *ibid.* p. 468.)

“ Hoc docet in praesenti Aphorismo Hippocrates : Si secundo “ vel tertio mense mulier abortiat sine causa manifesta, (hoc est, “ casu qui solet evenire,) acetabula uteri plena mucoris sunt ex “ crassitudine et pondere humoris. Nam acetabula ex illa sunt vena “ quae ab hepate ad uterum descendit ; illa enim in multas di- “ viditur, quae ad uterum perveniunt, et sunt circa infantem in- “ tentae. Unde mulier dum parit, tribus modis patitur dolorem : “ uno, quia istae venae rumpuntur ; deinde, quia ossa illa aperi-

<sup>s</sup> Cf. Gal. *De Uteri Diss.* c. 10. tom. ii. p. 906. : ὁ γὰρ τοι Πραξαγόρας ᾧ δὲ πως φησιν αὐταῖς λέξεσι “ Κοτυληδόνας δὲ εἰσι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν τῶν εἰς τὴν “ μήτραν ἠκουσῶν.” “ Qui quidem locus cum priore collatus ostendit hic ipsa “ Praxagorae verba adduci, ibi tantum eorum exprimi sensum.” Kühn, *Opusc. Acad. Med. et Philol.* tom. ii. p. 134.

“untur; tertio, quia cum vi descendit foetus. Nam conceptus hoc modo fit: convenit semen viri in vulvam mulieris, ex quo et mundissimo sanguine menstruo, per purgationem fit quidam globus in utero. ‘Sed quid prius in utero formatur?’ Dicimus quod venae et arteriae. ‘Sed quomodo? si venae ab hepate habent originem, et arteriae a corde, dum non est principium, quomodo id erit quod a principio procedit?’ Respondemus, primum hoc curare Naturam, ut possit ministrare nutrimentum per totum corpus; prius ergo fit per quod ministratur alimentum, quam id cui ministratur. Pone, exempli causa, esse patrem familias qui habet hortum in loco arido, qui cogitat et perpendit secum locum esse aridum, et quod in eo adveniente aestate non poterit nasci holus; quid ergo facit? Pone esse foveam ante hortum, unde aquam diducet per fistulas, sed prius aquam colligit fovea in unum, qua collecta dirigit eam per fistulas ad hortum. Sic et Natura prius format venas et arterias, post hepar et cor, ut dum haec facta fuerint, habeat per quod ministret nutrimentum toti corpori. Recte ergo posuit Hippocrates tres mulierum differentias, quum dicit, ‘praeter naturam tenues concipere quidem, sed abortire;’ ‘praeter naturam crassas nullo modo concipere, et per hoc non abortire;’ ‘mediocriter autem corpulentas concipere, et non abortire, nisi acetabula uteri plena mucoris fiant.’” (Pseudo-Oribas. *Comm. in Hipp. “Aph.”* vi. 18. p. 222.)

217. 5. ἔδρας] i. e. anus; ut Lat. *sedes*, et ap. Cael. Aurel. (*Acut. Morb.* iii. 22. p. 265., *Morb. Chron.* iv. 3. p. 509.) *sessio*. Vide Gorr. *Defin. Med.*; Foes. *Oecon. Hipp.*

217. 5. ἀποπατοῦσι] i. e. *alvum exonerantibus*, quia “ad exonerandum ventrem solemus a via recedere, et aliquem secessum quaerere.” (H. Steph. *Thes. Gr.*) Sic sup. p. 65. l. 13: 74. 1. ἀποπάτησις, *actus exonerandi ventrem*.

218. 10. καθάπερ οἱ λοιποὶ σύνδεσμοι] σύνδεσμος γάρ ἐστιν (ὁ γοῦν ἰδίως, οὐ κοινῶς ὀνομαζόμενος,) σῶμα νευρῶδες, ἐξ ὅστου μὲν ὀρμώμενον πάντως, διαπεφυκὸς δὲ ἢ εἰς ὅστου, ἢ εἰς μῦν· καὶ δῆλον ὡς ἀπὸ τῆς χρείας αὐτῷ τοῦνομα. (Gal. *De Motu Musc.* i. 1. tom. iv. p. 369.) Cf. id. *De Anat. Adm.* i. 3. tom. ii. p. 233.; id. *Defin. Med.* c. 78. tom. xix. p. 367.

219. 5. ὑποσπαδιαίοις] ὑποσπαδίαι δὲ εἰσιν οἱ ἐκ γενετῆς ἔχοντες τὴν οὐρήθραν κάτωθεν ὑπὸ τὸν λεγόμενον κύνα.) Gal. *Introd.* c. 19. tom. xiv. p. 787.) Cf. id. *Defin. Med.* c. 413. tom. xix. p. 445.; Paul. Aegin. vi. 54. p. 89 B. Vide Casp. Hofm. *Comm. in Gal. “De U. P.”* § 1062.

219. 10. δύο μύες] Immo *quatuor*, sc. *musc. Erectores et Accele-*

ratores, de quibus vide Gal. *De Diss. Musc.* tom. xviii. p. ii. p. 998. (c. 31. ed. Dietz.)

219. 11. εἰ μέλλοι] Fort. εἰ μέλλει. De *ει* et *οι* confusis vide sup. ad p. 172. l. 2.

220. 14. ἐπιφύσεις] Mavult Casp. Hofm. ἀποφύσεις ap. Gal. legendum, quod quidem habent Chart. et Kühn; vide *Comm. in Gal. "De U. P."* § 650, 1063. Cf. sup. ad p. 28. l. 10.

221. 5. Πάντα οὖν κ. τ. λ.] Sic Gal. *De Sem.* ii. 5. tom. iv. p. 635 sq.; Melet. *De Nat. Hom.* c. 26. p. 115.

221. 8. ἀνὴρ γυναικὸς τελειότερος] Ait Arist., (*De Gen. An.* ii. 3. § 18.) τὸ γὰρ θῆλυ ὥσπερ ἄρρεν ἐστὶ πεπηρωμένον. Plura vide ap. Casp. Hofm. *Comm. in Gal. "De U. P."* § 981 sq.

221. 9. ψυχρότερον γὰρ ὄν τὸ θῆλυ] Vide ap. Macrobian. *Saturn.* vii. 7. quaestionem "*Foeminis Frigidiorne sit Natura quam Viris, an Calidior.*"

222. 9—12. ὡσαύτως—ἀκροβυστία] Haec, si loco ubi nunc sunt serventur, corrupta videntur, non enim verba σκληρότερον, σηραγγῶδες, (cf. sup. p. 218. l. 8.) ποσθῆ, ἀκροβυστία, ad pudendum muliebre referri possunt; sed potius transponenda crederem, et post εὐκίνητότερα (sup. l. 6.) legenda, ubi cum praecedentibus non male haerebunt. Notandum tamen reliqua operis capita justo ordine turbata non raro videri.

222. 11. ἐπιδερματὶς] Nota vocem raram; vide H. Steph. *Thes. Gr.*

222. 11. ποσθῆ] τὸ δὲ πέρασ τοῦ καυλοῦ, βάλανος· καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ αὐτῆς, πόσθη· καὶ τὸ ἔσχατον τῆς πόσθης, ἀκροπόσθιον. (Ruf. Eph. *De Appell. Part.* p. 31.) Cf. id. p. 51.

222. 12. ἀκροβυστία] Hic loci quid hoc velit prorsus nescio; videtur potius περιτομῆ legendum.

222. 14. τριῶν γὰρ οὐσῶν κ. τ. λ.] Cf. sup. p. 103., et ibi Adnot.

224. 1. ὄρχεις] διδύμους ἢ ὄρχεις καλεῖν οὐδὲν διαφέρει. (Ruf. Eph. p. 31.) Cf. Melet. c. 26. p. 113. qui μῆδεα etiam vocat, et laudat Hom. *Od.* σ. v. 86.,

Μῆδεα δ' ἐξέρυσας δῶψ κυσίν.

224. 7. σομφός] Vox rara, qua usus est Aristot. de mammis mulierum loquens (*Hist. Anim.* vii. 11. § 1.), itemque de animalium pulmone (*De Part. Anim.* iii. 6. § 7.): cf. etiam Ruf. Eph. p. 57. Occurrit σομφὸν οἶδημα ap. Antyll. in *Matth. XXI Vet. et Clar. Med. Gr. Opusc.* p. 253, 324. Vide Foes. *Oecon. Hipp.*; H. Steph. *Thes. Gr.*

224. 7. ψαφαρός] Sic de testium substantia Melet. p. 113. l. 16.; Paul. Aegin. vi. 61. p. 90 B. l. 20.

224. 10. ὠοειδές,—σιμόν· ἔχοντες κ. τ. λ.] An ὠοειδέις,—σιμοί· ἔχοντες κ. τ. λ. ?

224. 11. τὴν ἐπιιδυμίδα] De qua vide inf. c. 37. p. 263.

224. 12. ἐν ἧ πρώτως κ. τ. λ.] Cf. inf. p. 226. l. 1: 240. 5: 261. 6.; Gal. *De Sem.* i. 12. tom. iv. p. 556., et alibi.

